us. Homo enī ē q̄ ꝓpē mereꝰ apud deum
vel anima hūana. Quare ſicut totus hoc
eſt tam interius q̄ exteriꝰ videlicet taꝫ ſm
vires interiores q̄ exteriores placitis cre
atoris obſequijs ei ſeruit totus a deo hoc
ē ſm vtraſq̄ vires remunerādꝰ ē. Quare
totꝰ ab eodē glificādus. Si glorificatio re
mūeratio ⁊ merces hmōi obſeqoꝝ. Neq̄
ei ꝯgruit diuīe bonitati aut iuſticie aliqd̄
ex meritꝭ ſibi obſequijs ſibi placitis qd ir
remuneratū relinquere aut hic minꝰ q̄ ſe
extēdant merita mercedē ꝯtrahere. Quia
igꝰ in totū hominē tā interius q̄ exterius
ſe extendūt merita id ē grata creatori obſe
quia neceſſe ē vt ⁊ in toto ſe gloria remūe
rationis extēdat. Qꝛ ſi dixerit q̄ ſolis vir
tutibꝰ doniſq̄ creatoris q̄ apud xp̄ianos
gratie creberrime nominaꝰ debeꝰ iſta glo
rificatio de q̄ agiꝰ cū ipē nō ſunt niſi i ani-
mabus hūanis oīno nihil habētes in cor

poribꝰ. Rn̄deo duobꝰ modis. Primū q̄
iſte ſermo cogit eū ꝯfiteri ꝙ etiaꝫ placitis
creatori obſequijs nihil remunerationis
penitus debeatur. Cū lōge remotiora ſint
huiuſmodi obſeq̄a a ṽtutibus et gratijs
antedictis. Secūdo dico q̄ ex eis redun
dat in vires exteriores ⁊ mēbra ⁊ in totaꝫ
vitā exteriorē decor multiplex cōpoſitio-
q̄ ⁊ ornatus que eſſe deo grata nemo in-
telligens ignorat. Quarū ſi decor interior
animarū humanarū q̄ vtiq̄ virtutū eſt ⁊
gratiarū ꝯgruentē ſibi hꝫ remunerationē
ꝓ eo vtiq̄ quia creatori grata ſeu placita
cur nō ⁊ exterior ex eadē cauſa et hoc ē ꝙ
aliquis ex ſapiētibus xp̄ianoꝝ dixit vide-
licet quia ex interna gloria animarū hūa
narū redundabit in ipa corpa earuꝫ ſani-
tas incorruptionis ꝙ vtiq̄ nō mediocriꝰ
ꝯgruit diuine iuſticie et equitati videlicet
vt ꝓportionaliter ſint merita gratiaruꝫ et
ꝓmia gloriarū. Quapropter quemadmo
dū ex abūdātia grarū redūdat in totū cor
pꝰ totāq̄ vitā hūanā exteriorē decor crea-
tori acceptꝰ ⁊ ꝯpoſitio eidē placita ſic ex ſu
perabundātia gloriarū nō minꝰ redūda-
re neceſſe ē mercedē congruenteꝫ in corpꝰ
totāq̄ vitā exteriorē. Qꝛ ſi forſitan obijci-
at de paruulis in q̄bus locū nō hꝫ vite de
cor exterior. ⁊ ꝓpter hoc nō ē neceſſe corpa
eoꝝ glificari. Rn̄dendū ē ei quia largitas
creatoris nō intēdit ad calculos meritorū
hūanoꝝ. imo largitur dona ſua iuxta ma
gnificentiā glīe ſue. ⁊ quemadmodum ali
bi didiciſti q̄ totos licet ignorātes et aīa
et corpe ꝑuulos ſacrat atq̄ ſanctificat ſic ⁊
integre tpē ſuo glorificabit eos. Reuertar
aūt vt reſpondeā ei de rōcinatiōe vbi iam
in ꝑte reſpōdi ⁊ dicā q̄ nō oīa que poſſi-
bilia ſunt eē indigēt ipo eē ea ſcꝫ indigētia
ꝓpter quā ꝯueniat largitati creatoris da
re eis illud. Jaꝫ enī patefactū ē tibi q̄ nō
minus bonū ē vita ꝑennis vniꝰ hominis
in aliq̄ quātitate bonitatis naturalis ſiue
etiā grē generationibus infinitoꝝ quoruꝫ
vniuſcuiuſq̄ vita ineq̄li quātitate bonita
tis ſic centū annoꝝ. Quare neceſſe ē vt vi-
ta vnius glorioſa tāto maius bonū ſit in-
finitis vitis centenarijs q̄nto vita glorio-
ſa vita quacūq̄ ꝑſenti hoc ē ſiue nature ſi
ue gratie ꝓſtantior. Et vnꝰ hō glorioſus
ſiue glorificatꝰ infinitis hmōi hominibꝰ
incōꝑabiliter etiā in infinitū maiꝰ bonuꝫ
Quare potius eligēdus fuit creatori et fa
ciendū q̄ extendenda generatio hominū

In īfinitū ⁊ vita eoꝝ ꝑ ſucceſſiones imper-
petuū ꝓpagande. Magis igiť ꝯueniens
fuit largitati creatoris hoc bonū facere in
infinitū maius ꝙ̃ illud in infinitū minus
Dico inſup conueniēs eſſe ſapiētie ⁊ boni
tati creatoris illud minꝰ dimittere ꝓpter
hoc ſi iſti ꝓſtaret impedimentū. Quia igr̄
nec infiniti glorificari poſſunt homies nec
eē ſimul multos tamē glorificari neceſſe ē.
vt ꝙ prohibet infinitas ⁊ ꝙ mala merita
alioꝝ alieq̧ cauſe quas audies in ſequen
tibus bonū glorificationis cuius tota ml'
titudo hominū non eſt receptibilis de di
uina largitate in pte ſaltē aliqua ſupplea-
tur. Q ſi interrogauerit aliquis cū omni
potentie creatoris poſſibile ſit omnes glo
rificari qd arctat vel anguſtat magnificen
tiā largitatis ipſius iaꝫ tibi multociēs mul
tis modis reſponſū ē ſup hoc. Reminiſce
re igr̄ quia naturalis corruptio et acqſita
per vicia ⁊ peccata licet in nullo obſiſtere
poſſint diuine potentie faciūt tamen vt di
uina iuſticia partim hoc ꝓhibeat fieri par
tim autē diuina volūtas ē vt hoc nō fiat.
Cuius ſicut nulla cauſa ē nec in ea aut cir-
ca eam ꝓpter qd inquirendū. Alias etiā
reſponſiones ſup hoc audiuiſti in capitu-
lo de ꝑpetuitate ſuppliciorū infernalium
vbi etiaꝫ audiuiſti quia queſtio hmōi eſt
queadmoduꝫ illa qua querit ꝓpter quid
luna nō habet ſplendorē equalē ſplendo-
ri ſolis et quare nō oēs ſtelle eiuſdē clari-
tatis. Similiter et ei qua querit ꝓpter qd
nō oēs homines ſunt reges aut ṗncipes
terreni talis ē ⁊ illa qua querit quare non
oēs lapides ṗcioſi ſimiles ſunt et ille que-
ſtiones quibus querit. Cur non oēs lapi-
des carbunculi ſunt vel ſmaragdi. Scito
aūt quia vulgaribus hominibꝰ atq̧ ſim-
plicibꝰ nō leuia argumēta ſunt ſcptura re
ſurrectionis corpm ꝙ ſumūtur ex compa-
tionibꝰ ipoꝝ corpm vel ad homines vl' ad
animalia aliq̄. Si ei corpa ptes hominuꝫ
ſunt. Si ſole anime glorificabūt dimidiū
homines remunerabūt. Tu vo vides ꝙ̃
ridiculoſum ſit ſeruū vel ſeruitorē remūe-
rare dimidiū. Si vo domꝰ animarū ſunt
ipa corpa. Domus inꝙ̃ naturales earum
ſunt. Conueniēs ē bonitati largitatiq̧ cre
atoris vt dū extra ipa ſunt ſuo tpe reficiāt
eis atq̧ reparent imo ṗparent eis decorē
tur ⁊ ornēt ꝓ ꝯgruētia glorie illiꝰ quā ade
pture ſūt. Eodē mō ſi veſtes animaꝝ ſunt
veſtes inꝙ̃ naturales denudatio carūꝫ in

dubitāter ps miſerie ē ꝓpter qd neceſſe ē
vt reddātur eis veſtes hmōi non in vetu-
ſtate ⁊ ſciſſuris vilitateq̧ ſaccina in quibꝰ
mō ſunt hoc ē inꝙ̃ in vita iſta habuerunt
ſed in gloria ⁊ decore ꝙ felicitati future de
ſeruiat ⁊ ꝯcordet. Silr̄ ⁊ ex cōpationibus
regni illius et glorie ad ipos hoies vel ani-
mas ipoꝝ ꝯueniētia vulgaribꝰ hoibꝰ atꝫ
ſimplicibus ſumūt argumēta. Indecens
em̄ ⁊ illiberale modis oībus ē ⁊ inaudite
hactenꝰ ruſticitatis vt aliqs diues in hoſ
picio ſuo ſiue in domuꝫ ſua nolit recipere
hoſpitē quē diligit niſi dimidium aut niſi
nudum. Eſt em̄ gloria illa celeſtis domus
glorioſe habitationis beatificandorū ho-
minū ⁊ animarū. ⁊ ſic palaciū regis reguꝫ
in qua domo habitat ⁊ manet creator bn̄
dictus tanꝙ̃ prfamilias eiuſq̧ cū eo ṗcla
ra familia. Milia ſcilicet miliū ſanctorum
angeloꝝ ⁊ beatarū animarū ꝙ iaꝫ ibi pie
tatis ſue dignatiōe ⁊ recepte ſunt iuxta fi-
dē ⁊ doctrinaꝫ xpianoꝝ. Ibi ſedet velut in
palacio ⁊ ſolio glorie ſue velut rex vniuer
ſalis dn̄ationis cuius magnificentiaꝫ nec
attingit eſtimatio neq̧ cogitatus. An aūt
et alie ſubſtātie ibi ſint ꝙs arabes et greci
phyloſophi intelligētias vocāt audies lo-
co ſuo. Ex compationibꝰ igr̄ ꝙ ſunt domꝰ
ad hoſpitē ſiue palaciū ad eundē ⁊ ex libe
ralitate atꝫ largitate creatoris quas neceſ
ſe ē i vltimitate ꝑfectiōis. Impoſſibile ē vt
corpa hoim ſi ptes hoim ſunt excludat oi
no a domo ſua vel hoſpicio ſiue palatio.
Similiter ſi veſtes animarū ſunt. Eodeꝫ
mō ſi corpa hūana velut equi animarum
ſunt nō paciet ea excludi a domo ſua vel
palacio. Magnificētia largitatis creatorꝭ
ſublimis. hoc ei neq̧ apud nos neq̧ apō
liberales hoſpites ꝑmittit fieri id modicū
qd apud eos eſt liberalitatis ⁊ largitatis.
Quātofortius igr̄ nō pacietur iſtam illibe
ralitatē fons ille abyſſalis ac redundātiſſi
me largitatis. Habet autem et gens xpia
noꝝ argumentum non ſolū fortiſſimum
ad aſtruendā reſurrectionē bonoꝝ ſed eti
am auditu iocundiſſimū ex reſurrectione
filij dei quē credunt ineffabili largitate pi
etatis et gratie ſue ꝑ ſalute hominū factū
hominē ⁊ etiā morte ſuſcepti corpis mortu
um hmōi em̄ glorioſa reſurrectio ꝑ teſtes
et multociens apud eos claruit ita ꝙ etiā
a quingentis ſimul teſtibus viſus eſt vna
hora poſt mortē ſuam. Quia igr̄ apō eun
dem ⁊ iuſtiſſimū iudicem equaliū merito

rū equa ſint p̄mia et ſimiliū ſimilia omni
um aūt veroꝝ ⁊ bonoꝝ xpianoꝝ merita
ſimilia ſunt meritis illius ſcd̄m qd̄ homo
fuit. Omnes enī veri et boni xpiani in eo
q̄ tales ſunt imitatores illius ſunt. Qua-
re omniū taliū merita apud deū patrē iu-
ſtiſſimū iudicē meritoꝝ ⁊ datorem largiſſi
mū p̄mioꝝ ſimile p̄mium nō dico equale
obtinebūt. Similitudo enī ē in meritī xpi
⁊ ſuoꝝ nullatenus aūt equalitas. Simi-
lē igr̄ glorioſam reſurrectionē ei quā xpus
obtinuit neceſſe eſt omnes obtinere ⁊ om
nes ſuos et ei ſimiliter eē glorificādos nō
dico equalē vel equaliter ꝓpter p̄dictam
cauſaꝫ. Qd̄ ſi dixerit quis q̄ꝛ ratiocinatio
iſta nō ꝓbat niſi reſurrectionē bonoꝝ et
veroꝝ xpianoꝝ ⁊ quia vniuerſalē reſurre
ctionem nō ꝓbat hoc ē vniuerſoꝝ veruꝫ
indubitanter dicit. De paruulis vero ſan-
ctificatis ⁊ in huiuſmōi ſanctitate decedē
tibus nō eſt dubiū quin ſimiles ſint xpo ī
gratia. ⁊ ꝓpter hoc ex neceſſitate ſimiles
ei futuri ſunt in gloria. De meritis autē ni
hil ꝑtinet ad eos in etate illa. Merita aūt
intelligo hic obſequia operū creatori pla-
citoꝝ ad que manifeſtū ē paruulos in eta
te ꝑuula impotentes eſſe. De malis vero ⁊
ꝑuerſis hominibus atq̄ mādatis creato-
ris rebellibus. Ex p̄cedentibus appere ti-
bi poteſt quia neceſſe ē eos reſurrecturos
eſſe in corpibus vt ſatiſfiat diuine iuſticie
hoc ē vt quēadmodū male et culpabiliter
ſe habuerūt in vita iſta tam interius q̄ꝫ ex
terius. Sic ⁊ vtrūq̄ ꝑ iuſticiā creatoris re
tribuatur eiſdē retributione inq̄ꝫ peccatis
et vicijs ꝯgruente. Hec aūt retributio ē pe
na tam ſpiritualis q̄ꝫ corpalis. Qualr̄ au
tē corpa eoꝝ ⁊ ignē eternū ⁊ alia tormēta
corpalia que eos expectāt ſuſtineāt dicet̄ ī
ſequētib⁹ cum gloria corpm̄ humanoꝝ ti
bi fuerit declarata videlicet ſtabilita in eē
ſue ⁊ in qualitatibus ſuis. Debes autem
ſcire quia cauſam efficientē ⁊ radicē ꝑ ſe re
ſurrectionis corpm̄ noſtroꝝ in natura no
ſtra ſiue de natura ⁊ etiā naturam noſtrā
eſſe impoſſibile eſt. Et hoc breui et leui cō
ſideratione tibi patefiet. Neq̄ꝫ enī anime
humane poſſibile ē reformare corpus ſuū
aut repare cum ꝑ mortē diſſolutū aut pu-
trefactū ſeu in puluerem redactum fuerit.
Corpi vo ſic ſe habēti multo minus cum
tunc nō ſit. Ambobus autē ſimul cū alteꝝ
nō eſt certū ē nihil eſſe poſſibile nihil autē
amplius ē in natura hūana. Quare om̄i-
no nature hūane impoſſibile ē ꝑ modum
factionis reſuſcitatio corpoꝝ noſtrorum.

Amp. Manifeſtū ē tibi q̄ anima hu-
mana nec retinere ſe poteſt nec etiā rema
nere in corpe ſuo circa morbuꝫ vel egritu-
dineꝫ mortalē nec defendere ipm̄ a morte
vel vulneribus aut egritudinibus vl̄ alijs
cauſis mortis vniuerſaliter. Multo igitur
fortius nec poteſt eripe de morte cum iaꝫ
mortuuꝫ fuerit ſimilr̄ nec reintegrare nec
reformare. Si vo dixerit quis q̄ in natu-
ra ſeu virtute celoꝝ eſt potētia iſta reſuſci
tandi ⁊ repandi corpa nr̄a poſt mortē ipo
rū. Manifeſtum ē hoc multipliciter eſ
ſe falſum quia nec virtus ea generandi in
eis eſt imo in parentib⁹. P̄terea Nul-
hmōi effect⁹ adhuc ex celis vel ſtellis ap-
paruit neq̄ꝫ enī adhuc auditū ē ab illis vel
vnū hominē generatū aut a mortuis ſuſci
tatum. Dico igr̄ quia reſurrectio corpm̄ at
q̄ꝫ reformatio ſiue reparatio eoꝝ opera-
tio eſt ſolius ſublimis ⁊ bn̄dicti creatoris
Neq̄ꝫ enī dicere poſſunt qd̄ generatō ſeu
formatio p̄mi hominis ex celis vel ſtellis
fuerit. Quo enī ſi in eis eſſet virtus hmōi
opationū vel vnū ſolū vel taꝫ paucos ge-
nuiſſent. Quō etiā tamdiu poſtmodum a
taꝫ nobili ope deſtitiſſent. Manifeſtū
igr̄ ē ex om̄ib⁹ hijs quia om̄ipotēti bonita
ti creatoris ſolius ē virtus vel potentia re
ſurrectionis ſeu regenerationis corporuꝫ
humanoꝝ ⁊ ꝓpter hoc apud ipam querē
da ē cauſa ⁊ ꝓbatio ſeu declaratio ipſius.
Dico igit̄ quia ſicut ſepe audiuiſti per me
quia bonitas et virtus creatoris nō opat̄
ꝑ modū nature q̄ modus ē ſeruiētis atq̄ꝫ
ſeruilis. ſed eius opatio ē ꝑ electionē liber
rimā ⁊ beneplacitū volūtatis quā vl̄ cogi
vel impediri impoſſibile ē que nec ſuade-
tur nec inducit̄ aforis. Cōſilio igr̄ ſapiētie
ſue ad qd̄ īpoſſibile ē vel ignorātiā vel er-
roreꝫ attingere de puriſſima bonitate ſua
facere q̄ facit ⁊ qn̄ ⁊ quō facit. Silr̄ et nō
facere q̄ nō facit. Neceſſe igr̄ ē ipam elige
re ea facere q̄ meli⁹ ē facere q̄ꝫ non facere
Similiter ⁊ de tpibus ⁊ modis ſe habet.
Quare neceſſe ē ipum ⁊ optima ⁊ optime
facere iuxta qd̄ decet ipum ⁊ ſcd̄m qd̄ res
ipe receptibiles ſunt ⁊ eis ipis expedit ſeu
vtile ē neq̄ꝫ etiā ſapiētis hōis ⁊ boni eſt vl̄
minus bona vel min⁹ bn̄facere cum opti
ma ⁊ optime facere equali facilitate poſſi
bile ſit. Quia igr̄ ī toto genere hūano opti
mū ē glorificatio de q̄ nō dubitat̄ qn crea

ſoris bonitatē deceat ꝛ quin homines illius id ē glorificationes receptibiles ſint neceſſe eſt bonitatē creatoris in genere hūano tempe ſuo optimū iſtuꝫ efficere vel ſm partē vel ſcōm totū. Et quoniā ſcōm totū non eſt poſſibile iuſticia creatoris partim ꝑpter mala merita hoīm obſiſtente ꝑtim mereo ꝛ beneplacito ſuo et iudicio nobis occulto neceſſe eſt vt in pte tm̄ generis humani bonū iſtud preſtantiſſimū operetur Q. ſi qs dixerit homies nec ſcōm vniuerſum ſuū eſſe receptibiles hmōi glorie nec ſcōm animas ſcilicꝫ nec ſcōm corpa vl' ſaltem nō ſcōm opera. Dico quia hmōi ſermo erroneus ē ꝛ impoſſibilis et hominis ignorantis nobilitatem nature humane. Dico igitur quia anima humana ſuſceptibilis eſt omniū ſcientiarū phyloſophicaꝝ naturaliter. Si enim alique anime impedite ſunt paſſionibus corpoꝝ ſuoꝝ: vt moriones vel defectu ſenſuū vt qui ceci et ſurdi naſcuntur vel alias occaſionati hoc ex accidenti eſt ꝛ adueticiū ꝛ innaturale animabus. De alijs vero animabus quibus paſſiones huiuſmōi ſiue occaſiones impedimenta doctrine et diſcipline non preſtant non eſt dubiū quin capaces ſeu receptibiles ſint omniū phyloſophicarū ſcientiarū. Receptibiles etiam ſunt quedam ꝓphetici ſplendoris ꝛ ꝑpter hoc neceſſe eſt etiā ꝙ omnes. Luꝫ receptibilitas naturalis in omnibus animabus humanis quēadmoduꝫ ꝛ generaliter omnia naturalia vnius indiuiduorꝫ cuiuſcunqꝫ ſpeciei ex neceſſitate naturaliter inueniant̄ in vnoqqꝫ aliorū indiuiduoꝝ eiuſdem. Amplius. In ꝓphetico huiuſmōi ſplendore nō ſtant naturali fixione ꝛ ꝓhibitione qua ꝓhibeantur a ſublimiori ꝛ nobiliori claritate. Amp̄. Appet ex magycis opib⁹ maxime que ſunt diuinationum ꝙ maioris aut nobilioris claritatis ſuſceptibiles ſūt q̄ſ ſit cognitio naturalis. Claritas em̄ illa qua diuināt ꝑterita vel futura ꝛ etiam vident ꝑſentia abſcondita maior eſt omi cognitione naturali q̄ꝫ habeant vel hr̄e poſſint anime noſtre in corpib⁹. Naturaliter em̄ alia videre nō poſſūt anime humane Si igr̄ hmōi claritas ꝛ illuminātio eſt eis ex ꝯiunctione demonū. tanq̄ꝫ ex applicatione luminis quia reuera ꝛ ipi lumina quedā ſunt ex maioris luminis maiori applicatione magis eas illuminari neceſſe ē Cū maioris luminis intellectū nō obtenebret vel obſcuret imo ꝑfortet magis ꝛ illuminet. Licet aliter in ſenſib⁹ ſe habeat qđ et dixit Ariſtotel'. ꝑpter qđ dixit qa extrema corrūpūt ſenſum ſicut vehemētia ſolaris luminis vl' obfuſcat vel obtenebrat viſum noſtrū. Quia igitur cōiungibilis eſt anima hūana luci ꝑme ac puriſſime q̄ eſt creator benedictus. neceſſe eſt vt ex ei⁹ cōiunctione vl' applicatione tanto amplius tantoqꝫ ſublimius illumineť anima hūana quanto ipſa lux ꝑma aliis luminibus hoc eſt ſanctis angelis atqꝫ demonib⁹ eſt clarior ſeu luminoſior. Neceſſe eſt etiā eā confortari ſcōm vim intellectiuā ꝛ delectari in ea delectatiōe que merito beatitudo nomineť. Q. ſi dixerit qs quia anima humana non eſt ſic cōiungibilis deſtrues errorem iſtū multipliciter Primū quia non eſt dubitatum apud intelligētes virtutem intellectiuam creatam eſſe ad intellectum ſeu viſionem ſpiritualem ꝑme lucis et nō ad quemcunqꝫ intellectū vel viſionē ipi ſed ad nobiliſſimā atqꝫ pfectiſſimam Hec autem ē cōiunctio ad ipſam et applicatio ſine medio. fruſtra igitur creata eſſet ſi iſta perfectio nō eſſet ei poſſibilis. Amplius. Nō eſt cōiungibilis ad alia niſi ꝑpter illam ergo magis illi. Amp̄. Unaqueqꝫ virtus et vnaqueqꝫ potentia propter optimū ſuum actū nobiliſſimāqꝫ perfectioneꝫ ſuam creata eſt. Alie em̄ perfectiones propter optimam ac nobiliſſimā pfectionem ſunt. Quia igiť optimi cognoſcibilis optima cognitio ꝛ nobiliſſimi nobiliſſima optima ac nobiliſſima perfectio eſt virtutis intellectiue eſt talis cognitio creatori optima autem cognitio datoris eſt illa quam predixi. Amp̄. manifeſtū eſt quia localis diſtantia nec eſt nec eſſe poteſt int̄ creatorem et animā humanam diſtantiā igitur ſpiritualem ſolam inter eos eē poſſibile eſt. Hec autem nō poteſt intelligi niſi altero duoꝝ modoꝝ vel trium. Primū diſſimilitudine et hec eſt malicie que diſſimilat animas noſtras a creatore qui bonus eſt in vltimitate bonitatis et hec eſt que ꝓ ſe et directe ꝓhibet ſentiri ſuauitatem ipius. Quemadmodū cōtraria diſpoſitio in palato corpis ſentiri ꝓhibet dulcedinem vel aliā ſuauitatē tibi. Secūdo vo tanq̄ꝫ diſtantiā ſpūaleꝫ facit aliud apphenſum cum via nō fuerit ad apphendendū creatorē. Hoc autē ē cū fuerit: apphenſū vt res. Reminiſci nanqꝫ debes ſermonis quē di

xit Ariſtoteles quia ymago leonis appre
henditur q̄n̄q; vt res ⁊ quādoq; vt ſignū
⁊ cū apphendit͛ vt res ſtat in ea et ſigit͛ ap
p̄henſio ⁊ nō ꝑuenit ad leonē. Cū apphē
dit͛ vt ſignū nō ſtat in ea apphēſio ſ; tran
ſit ad leonē ⁊ apphēditur ꝑ ipſam leo. Ui
des ig͛ quia vnomō ymago leonis eſt in
terpoſitū inter apphendētē ⁊ leonē ⁊ tāq;
obex vigens in ſeipo apphenſionē et ꝓhi
bens eam trāſire ad leonē. Alio vō modo
velut via nō ſolūmō tranſitū p̄bens app
henſioni leonis ſed etiā trāſferēs ſiue trāſ
uehens apphenſionē in leonem. Et iuxta
iſtos duos modos currit res in oīb⁹ crea
tur͛ ⁊ creatore qm̄ quelibet creatura ⁊ res
ē in ſe ⁊ via ad apphenſionē creatoris ⁊ ſi
gnū ē ipſius intelligētib⁹. Tercio imerſio
et incraſſatio quedā animarū diſtātia ē ꝓ
hibens ꝑuentionē luminis ⁊ irradiatiōis
ab ipo ſuꝑ illas nec mirū cū illuminatōe;
intellect⁹q; d; eſſe ꝑ ſenſus a pte corpis eti
am ꝓhibeat ⁊ incraſſatio iſta ⁊ immerſio
facit homines motiones ⁊ pene brutales
Cū igit͛ iſta tria ſublata fuerint ab anima
bus nr̄is tunc erit poſſibile deſcendere ſu
per eas irradiationes q̄ ſunt a lumine pri
mo ⁊ etiā a pte ſenſibiliū vt p̄dixi. Quia
igit͛ quedā irradiationes huiuſmōi natu
raliter deſcendūt ſuꝑ quaſdā ſubſtancias
videlicet ſuꝑ angelicas. Unde ⁊ in quadā
ꝑfectione ſapiētie naturalis creatas illas
eē manifeſtū ē. Quidā vō cadūt iuxta be
neplacitū creatoris etiā poſt illuminatio-
nē hmōi naturalē ⁊ iſtis nō ē menſura ni
ſi bn̄placitū creatoris q̄ īfluit ō lumīe ſuo
quantū vult ⁊ quō vult. Opinati aūt ſūt
qdā; q̄ a ſplēdor ꝓpheticus ē ſm recepti-
bilitatē nature hoc ē ſm diſpoſitione; ani
marū ſuꝑ q̄s deſcēdit et ꝓpter hoc pauce
ſunt anime humane ſuꝑ q̄s deſcēdit. et in
ſuꝑ non equaliter neq; vnomō ſuꝑ ipas.
Uerū iſta nō ſūt indicia certitudinis qm̄
ſimilis diuerſitas inuenit͛ in īfluētiis illūi
nationū q̄ gr̄e tm̄ ſūt ⁊ nihil habētes om̄i
no a pte nature q͛ vel eas augeat vel mi-
nuat ſiue expediat aut impediat. Jam igi
tur manifeſtu; eſt tibi per hoc quia gloria
intellectus anime humane eſt longe ſubli
mior q̄; gratia prophetie et q̄; etiam illu-
minatio naturalis intellect⁹ angelici. quē
admodum et beneplacitum creatoris eſt
incomparabiliter ſuper omnem receptibi
litatem nature et ſuper omnem limitatio-
nem ipius et iam ſcis quia beneplacitum
eius non habet limitationē aliunde ſed a
ſeipſo. Et limitatio iſta eſt in ipſo ſcdm ſe
cum ⁊ potentia ipi⁹ ⁊ diuicie in vltimitate
ſint amplitudinis et copioſitatis. Sed li-
mitatio eſt in muneribꝰ eius ſiue ſint na-
ture dona ſiue gratie ⁊ etiam in penis ma
lorum ſiue ſuppliciis que ſemper minora
ſunt q̄; merita eorum requirant. Ea enim
ē ſuperabūdantia et diuicie miſcōie ſue v͛
mali nunq̄; ab ipo totū qō merent͛ recipi
ant. Aggregata igit͛ ratiocinatione. Dico
q͛ decet creator͛ bonitatē addūcere natu
rā humanā ad optimū vbi ⁊ nō obſiſtit e⁹
iuſticia ⁊ ꝯcurrit receptibilitas eiuſdē et p̄
ſertim vbi merita ꝯgruūt vel etiā hoc reg
rūt hoc aūt in oībus electis quos hic p̄il-
luſtrat donis grāꝫ ſuarū atq; virtutū qb⁹
et dat vt hic ſm bn̄placitu; ſuum viuant.
Amp̄. ſicut nata ē vis intellectiua cogno
ſcere creatorē ⁊ videre veritatē ſeu clarita
tem ipius. Sic nata ē vis affectiua ſeu de
ſideratiua ſuperior et nobilis ſentire bo-
nitatem ipius. Quare vtraq; vel ducēda
eſt ad hunc ſuum finem nobilē iuxta mo-
dum quem predixi tibi. Amplius. Si
cut illa nata eſt illuminari ſeu perfici lumi
noſiſſima veritate creatoris. ſic iſta iocun
dari ſeu beatificari ſuauitate bonitatꝭ ipi
us. ⁊ nemo intelligens ignorat quin intel
lectus principaliter atq; finaliter ad lumē
prime veritatis intuendum creatus ſit et
quin ipa lumen eius ſit ⁊ ſuum proprium
et principale viſibile ipſius. Sic et prima
bonitas ſuum deſiderabile et vt ita dica-
tur ſuum ſenſibile virtutis noſtre affecti-
ue nobilis. Huiuſmodi autem indicium
certiſſimum eſt q͛ neutra vel impletur vel
perficitur vel etiam quieſcit citra ipm. Si
enim creatori placeret omnia alia clariſſi-
me oſtendere virtuti noſtre intellectiue ſe
ipo aut eidem abſcondito nemo dubita-
re poteſt quin adhuc et vacua et imperfe-
cta remaneret nec reputaret ſe quicq̄; co-
gnoſcere vel videre ignorato vl' non viſo
creatore ſic ſe habet ⁊ de v͛tute noſtra de-
ſideratiua quam dixi quia ſi poſſibile eſ-
ſet ei haurire omnes ſuauitates que pre-
ter illam ſunt adhuc ſe vacuam ſentiret et
prime bonitatis ſuauitatem eſuriret atq;
ſitiret. Corporales quidem delicias faſti-
diret hoc enim eſt earum proprium et na-
turale vt ipa ſua habūdantia faſtidiū ſui
generent. Spirituales vero famē ſui ſiue
ſitim ſua ipa habūdantia vehemētiorem

ꝓuocant ⁊ inflamant ⁊ ꝓpter hoc impoſ
ſibile eſt eis aliquē ſaciari citra fontē ipm
earū q eſt indubitāter bonitas creatoꝝ ⁊
inde ꝓmittitur eis ſacietas ꝑ ꝓphetas he
breoꝝ quorū vnus dixit ad ipm creatorē
loquēs. Saciabor cum apparuerit gloria
tua. Et alibi. Torrentē voluptatis tue po
tabis eos ⁊ inebriabūtur ab vbertate do
mus tue. Phia vo ꝓphete xpianoꝝ dicit
q̄ deducet eos ad vite fontes aquarum.
Manifeſtū igr ē ꝑ hoc qꝛ ꝯiūctio hec
ſiue approximatio ad creatorem felicitas
eſt et gloria. ⁊ iterū plenitudo atꝫ ſacietas
⁊ ꝑfectio earū Amp. ſi citra ſiſterent vt
nō ex ipo fonte luminis hoc ē ex ipa p̄ma
ac luminoſiſſima vitate haurirēt et ore vt
ita dicat pleno biberēt cognitionē ſiue ſci
entiā ad quā nate vel create ſūt anime hu
mane nō ſolū impꝑfecte ſꝫ miſere remane
rent. cruciatuqꝫ vehemēti famis ⁊ ſitꝭ ſpū
alis torquerētur. Hoc aūt appet euidēter
in viris ſanctiſſimis de quibꝰ apud te nō
eſt dubitatio quin plus deſcendat ſuper
animas eorū ⁊ de lumine prime veritatis
et de ſuauitate prime bonitatis q̄ ſuꝑ ali
os quoſcunqꝫ. Certū etiā eſt tibi quia quā
to ſanctiores ſunt tāto magis eſuriūt et ſi
tiūt p̄dicta duo bona videlicet lumē p̄me
veritatis ⁊ ſuauitatē p̄me bonitatis. et ꝓ
pter hoc magis affligūtur fame et ſiti hu
iuſmodi et hoc ſentiebat idem ꝓpheta he
breoꝝ q dicebat. Quemadmodū deſide
rat ceruus ad fontes aquarum ita deſide
rat anima mea ad te deus. Et iterū. Siti
uit anima mea ad deū fontē viuū. ⁊ alibi
Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. In
ipo igr creatore ⁊ ex ipo immediate ē qui
es oīm deſiderioꝝ et plenitudo. Amp
Cū hanc virtutē ⁊ largitatē dedit deꝰ ſub
ſtācijs multis naturalibus vt applicatiōe
ſua ſeu cōtactu aſſimilent ſibi receptibilia
virtutū ſuarū ⁊ actionū ꝑ modū receptibi
litatis earū ſicut appet in igne q ferrū eo
uſqꝫ ſibi aſſimilat vt ñ ſolū ignitū ſꝫ ignis
etiā nominet ſicut ⁊ ōis facies ſpeculū qḋ
ei obiectū fuerit ſi mundū terſumqꝫ fuerit
ipm ſibi exp̄ſſiſſime aſſimilat ſimilitudinē
ſuā exp̄ſſiſſima eidem imprimens. Sic in
odoribus ⁊ in ſaporibus et alijs innume
rabilibus ſe habet. Quāto fortius igr lar
gitas et virtus creatoris quas manifeſtū
eſt eſſe in vltimitate copioſitatis ac redun
dantie euſqꝫ aſſimilabit ſibi animas hu
manas vltimata illa approximatione ſibi
ꝯiunctiſſima vt non ſolū deificate ſint. ſed
etiā dee ⁊ dij et ſint ⁊ veraciter nominent
et hoc indubitāter aliquo mō ſomniauit
antiqtas. ſicut appet ex phyloſophoꝝ an
tiquorū ſermonibus et etiā poetarum. Et
deos generaliter nominabant viros ma
gnificos ⁊ ſtrennuos vt herculem omnes
qꝫ illos qui ſcḋm opinionem ſuā laudabi
liter et ſtrennue in hac vita ſe habuerant
tranſlatos vel transferendos opinabant
et deos eos fieri ſeu deificari credebant.
Cuius exemplū apparet quia et ſaturnū ⁊ io
uem ⁊ mercuriū ⁊ appollinē ⁊ multos ali
os quos deos putabāt ⁊ vt deos colebāt
homines aut mulieres fuiſſe ex hyſtoricis
narrationibus certū eſt. Unus etiam ex ꝓ
phetꝭ hebreoꝝ ex ꝑſona creatoris deos vo
cat aliquos de gente illa. Ego inquit dixi
dij eſtis. Et iterū ex ꝑſona ſua. Deꝰ ſtetit ī
ſynagoga deorū in medio autem deos di
iudicat. Cuius ſi ex tā modica appropinq̄tio
ne ad creatorem quanta videlicet erat ho
minibus illis in vita iſta quāto fortius ex
illa futura que incompabiliter maior erit
dij congruentius potuerunt nominari.
Amp. Cum incompabiliter maior ſit
influentia ex largitate ⁊ gratia creatoris q̄
eſt poſt influentiam et largitionē donoꝝ
naturaliū hic in hominibꝰ ſeu in anima
bus humanis. Multo fortiꝰ igitur maior
erit influētia futura omni influentia natu
re qꝛ et ipa nomina oſtendūt. Preſens ei
influentia huiuſmodi gratia nominatur.
Futura vero que deo dilectis animabus
ꝓmittitur vocatur gloria cōmuniter ⁊ vſu
cōmuniſſimo. Nemo autē intelligens di
xit ad hoc compabilem eſſe gratiam glo
rie. Hoc autem inde manifeſtum eſt quo
niam nec ſtillam glorie ſuſtinere poteſt vi
te p̄ſentis infirmitas. Suſtinet autē gra
tiā ꝓphetie que maxima inter gratias eē
videtur de hoc autē melius doceberis in
ſequentibus vbi de ipa eſſencia in verita
te glorie inquiram inquiſitione perſcruta
ta ſi deus voluerit. Amplius. Si tan
te ſunt influentie donorum et gratiarum
creatoris in eos quorū nulla ſunt ad hoc
merita nulla preceſſerūt ei obſequia quā
te erunt in eos in quibꝰ inuenientur et di
gna merita et placita creatori p̄ceſſiſſe ſer
uicia preſertim cum non ipſe nitendat ad
calculos meritoꝝ. ſꝫ magꝭ attēdat qḋ dece
at magnificētiā largitatꝭ ſue q̄ qḋ debeat
meritis ſeruientiū ſuoꝝ. ⁊ ꝓpt hoc nō vi

detur finitum id qđ addit ſupra cōdigna
pmia meritorū tunc enim vacare videret
ad calculos ſi finitum eſſet vel compabile
ei ꝙ reddit ex iuſticia id qđ ſuperaddit ex
ſue ſupabundantia largitatis. Ampli
us.ſi inimicos etiā qui quantū in eis ē ma
lis meritis ſuis nō ſolū reſtringūt.ſed etiā
penitus repellunt diuitias largitatis ipiꝰ
quante erūt influentie bonitatis ꝛ munifi
centie ipius in amicos et ſeruitores ſuos.
Amp. Si pulchritudines bonitates atꝫ
ſuauitates ſenſibiliū ita rapiunt in ſe ani-
mas humanas nec ſolū rapiūt ſed etiam
vniūt tanta vnione amoris quanta appa
ret in paſſionibus ꝛ cōpaſſionibꝰ.paſſio-
nibus inqꝫ dictoꝝ ſenſibiliū ꝛ cōpaſſioni
bus animarū humanarū ad illa.quid fa-
ctura ē pulchritudo creatoris ꝛ bonitas at
ꝙ ſuauitas quas nec attingit admiratio
nec eſtimatio nec etiā cogitatus.ſicut igit
amoris iſtoꝝ ad amorē qui tūc erit creato
ris nulla eſt comparatio.ſic neqꝫ vnionis
pdicte ad vnionē erit beatarū animaꝝ ad
creatorē. Differt aūt quoniā amor hmōi ꝛ
vnio animarū noſtrarū ad ſenſibilia ebri
etas eſt imo inſania captiuitas inſuper et
obcecatio earū. Illa vero illuminatio eſt
animarū noſtrarū ꝛ ſapiētia pfectiōis vl-
time libertas ſimul atqꝫ felicitas in vltimi
tate elongationis a miſeria et ſanitas ad
quā nec leſio nec aliqd attingit contrario
rū vllo modorū Amplius. Cū adamas
ferrum attrahat tantaqꝫ velocitate rapiat
illud ad ſe et ꝯiungat ſibi a primo ꝙ nō
eſt niſi quodam occulto amore naturali
quid facient pulchritudo et bonitas crea-
toris cū innotuerint animabꝰ nr̄is et hoc
abſqꝫ velamine et interpoſito. Amp.
ex pportione. Cū pulchritudo ꝛ bonitas
creatoris ſup oēm mēſurā ꝛ compationez
maiores ſint pulchritudie ꝛ bonitate quo
rūcūqꝫ aliorū ſiue ſint ſenſibilia ſiue inſen
ſibilia anime vo nr̄e cū eq̄liter vtraqꝫ eis
innotuerint ꝛ libere atꝫ mūde fuerint a p-
uerſitate corruptionis ō q̄ ſepe audiſti ne
ceſſario trahūt ab eis pportionaliter cau
ſis hoc ē ſm pportionē quā habēt inuicez
pdicta trahētia. Quia igr̄ trahētiū ad tra-
hentia nulla ē cōparatio hoc ē pulchritu-
dinis ꝛ bonitatis creatoris ad alias quaſ
cūqꝫ nō erit compatio amoris ꝛ attractio
nis pulchritudinis et bonitatis creatoris
ad amorē ꝛ attractū aliarū. Quare ſuper
menſurā et comparationez erit amor pul
chritudinis et bonitatis creatoris ad amō
res ꝛ attractus aliorum et ppter hoc nul-
lus erit tūc talis amor aut attractus q̄ntū
ad alias pulchritudines ꝛ bonitates. Ex
quo manifeſtū ē paradyſum carnalem in
altera vita impoſſibile eſſe. Sic eñ quoni
am ad modicum valde trahuntur anime
noſtre a pulchritudine et bonitate creato
ris et hoc eſt quoniā ad modicū eis inno-
teſcunt.trahuntur etiaz ab alijs pulchritu
dinibus et bonitatibꝰ. Qua de cauſa im
pugna magna ſunt hic anime multe. Cū
autem inualeſcit etiam hoc in hac vita no
ticia pulchritudinis ꝛ bonitatis creatoris
extinguitur amor aliarū amor inqꝫ qualē
dixi. Quantofortius igit cum plene inno
tuerint hoc autem eſt quemadmodum ſi
ymaginaueris mobile aliquod quo traha
tur duabus virtutibus in partes cōtrari-
as exempli gratia nominet mobile huiuſ-
mōi c.et virtus mouens ipm in ſurſuz no
minetur a.virtus vero trahens illud in de
orſum nominetur b. Manifeſtū eſt ti
bi quia ſi a.fortitudine pualuerit b.trahet
in partem ſuā hoc eſt in ſurſum ipſum b.
Quare ſi in infinitum pualuerit totaliter
trahet ipm in partem ſuam hoc eſt in ſur
ſum. Quia vero impoſſibile eſt aliqd mo
ueri ſimul cōtrarijs motibus et hoc tota-
liter. Manifeſtum eſt nullū eſſe motū
ipſius c.tunc ad partem b. Et quoniā mo
tus animaruz noſtrarum deſideria ſunt.
Amor vero virtus eſt et radix huiuſmōi
motuū ſpiritualiū. Manifeſtū ē in altera
animabꝰ ſic raptis ꝛ attractis amore pul-
chritudinis et bonitate creatoris nullū eē
motum contrarium hoc eſt deſideriū vel
etiam amorem ad ſenſibiles pulchritudi-
nes ꝛ bonitates et quoniam in nō amatis
et non deſideratis impoſſibile eſt delecta
tionem eſſe in ſenſibilibus pulchritudini-
bus ꝛ bonitatibus delectationem in quā
qualem ibi ſomniat et delirat vulgus ſar-
racenoꝝ. Non enim veriſimile ē phyloſo
phos gentis illius in pte iſta tam erronee
ſentire. Delectationē multiplicē eē futuraz
animabꝰ ſeu hominibus glorificatis ex cre
atoris q̄ tūc erūt ꝛ etiā ex hijs q̄cūqꝫ eē deſt
erit manifeſtū tibi fiet i ſequētibꝰ bonitatis
Uerū hmōi delectatio erit ex amore pme
pulchritudis atꝫ bonitatis et ppt̄ hoc nul
lomō ei ꝯtraria vel repugnās neqꝫ ipedi
ens vllo modoruz eam delectationē que
erit in pulchritudine ꝛ bonitate creatoris

Amplius. ymaginare mundū diuinū ſeu ſeculū altius qđ et patriā et ciuitatem deo dilectoꝝ ⁊ ab eo electoꝝ hominibus theologi xp̄ianoꝝ vocant ⁊ ymaginare in ea duos populos alterū ſanctoꝝ angelorū. alterū ſctōꝝ ⁊ glorificatorū hominum ymaginare etiā infernū velut carcerem et locū tormentorū vbi in malos et creatorꝭ volūtati rebelles vindicanꝫ ꝑ iuſticiā creatoris iniurie et cōtumelie quas et creatori ⁊ hominibus dum in hac vita viuerent irrogarunt. ymaginare etiā locum aliū nihil habentē hmōi tormentorꝫ ⁊ ibi poſitos paruulos qui nature corruptione originali peccatū aliqđ addiderūt nec cōtra eam mūdationis remediū ꝑceperunt. Dico igr̄ quia omnis generis homines ſunt ſic in ſtatu cōuenientiſſimo eis ac decētiſſimo. Decet em̄ modis om̄ibus creatoris famulos ac myniſtros eſſe cum eo ⁊ iuxta eum quatinus hoc phas ⁊ poſſibile ē. Nihil em̄ indecētius regi inclito atꝫ magnifico q̄z ſolitudo ⁊ paucitas milicie atꝫ familie. Nihil decentius glorie ipſius q̄z multitudo milicie dico indute ⁊ ornate atꝫ decorate ꝓut decet regalem magnificentiam. Quia igiꝫ iſte ſtatus ſic ſe habet et hmōi eſt tam in hominibus q̄z in alijs ſubſtancijs nobilibꝰ q et creatoris milicia et eiuſdeꝫ familia digni vocari ſunt vel erūt. Dico quia iſte ſtatus cōgruentiſſimꝰ ē glorie creatoris. Decorū aūt eſt qđ decet ⁊ ꝓpter hoc maxime decorū quod maxime decet Nihil autem magis decet creatorē q̄z ꝙ maxime decorū eſt maxime iuxta eū atqꝫ in domo ſiue in aula ſiue in palacio ſuo.

Quare ſic ſe habere magnificentiſſimam domū ipſius ⁊ p̄clariſſimā aulam nobiliſſimāqꝫ miliciaꝫ eiuſdem tp̄e ſuo neceſſe eſt Q̄ꝫ ſi dixerit quis quia nō eſt cōueniens vt homines ſimul ⁊ ſubſtantie ſpūales in vna ſcꝫ domo vel palacio habitent cū homines corporei ille vero incorporee et incorpales ſint. Reſpondendū eſt ei qꝛ multo amplius incōueniens videri deberꝫ eidem ꝙ anime humane cum corꝑibus habitent cum inter ipſas ⁊ corꝑa ſua lōge ſit maior differentia naturarū. homines em̄ et ſi corꝑei ſint ſcd̄m partem eſt hoc partē dico inferiorem ⁊ ignobiliorē. In corꝑei aūt ſm partē p̄cipuam p̄dictiſqꝫ ſubſtantijs in ſtatu illo illo glorie ſimilimam. Cōuenientius autē eſt vt corꝑa hūana ſequātur animas ſuas et trahanꝫ ab eis in ſublime ſeculi altioris q̄z vt ipſe trahantur ab eis in locum inferiorem et habitationi earum minime cōgruentem. Dico etiam qꝛ ſermo iſte hominis eſt ignorantis gloriā corporū glorificatoꝝ. Si enim ſciuiſſet ꝙ valde ſimilis eſt nature ſpirituali ſicut tibi patefiet in ſequentibus nullatenꝰ hoc dixiſſet. Dico etiam quia ſermo ꝓpheticus quo creator dictus ē rex glorie non habet dubitationem ſue veritatis apud intelligentes. Non poteſt autem intelligi rectius rex glorie q̄z vno iſtorum modorꝫ videlicet vel vt intelligatur regnum eiꝰ gloria et quia precipua pars regni ciuitas eſt in qua ſedes eſt ⁊ ſolum ipſius quare illa tota gloria eſt et omnes inhabitantes in ea glorioſi ſeu gl̄ificati. Et ciuitas illa merito ciuitas glorie habenda eſt ⁊ dicenda et quoniā gloria perfectio eſt ſicut alibi didiciſti impoſſibile eſt in ciuitate illa glorie aliquid eſſe imperfectiōis. Alio modo intelligitur rex glorie quomō dicitur ⁊ rex iuſticie quaſi iuſtiſſimus quemadmodū dicitur vas pulchritudinis vas pulcerrimū. ⁊ qđ nihil habet indecentie vl̄ deformitatis. Sic rex glorie rex glorioſiſſimus quaſi cuius regnum eſt in vltimitate glorie et et nihil habens glorie repugnans ſeu contrarium. Neceſſe igitur eſt regnuꝫ eius totum ꝙ eſt vniuerſitas hoc eſt vniuerſa ſeries ſeculoꝝ ſic ſe habere videlicet vt ſit in vltimitate pulchritudinis ſcd̄m omnes ꝑtes ſuas. et hoc ꝓut cōgruit et expedit vnicuiqꝫ earū tempore ſuo. Et ꝓpter hoc neceſſe ē vt et vniuerſitas angelica ⁊ vniuerſitas hoīm ſic vnoqꝫ tp̄e ꝓut decet eā eē ⁊ ꝓut decoꝝ eſt eaꝫ eſſe in tp̄e vnoquoqꝫ et quia decoꝝ ac decentiſſimū eſt vt p̄ma ac ſup̄ma habitatio habitatoribus ſeu ciuibus nobilitate eiuſdem congruentibꝰ impleatur. ꝙ impoſſibile ē fieri niſi ex angelis et hominibus vtriſqꝫ glorificatis. Nec enim phas eſt neqꝫ cōueniens aliqueꝫ eē veſtitum niſi gloria. omne enim aliud veſtimentuꝫ vel operimentum indecens eſt et regi glorie et regno glorie. Impꝑfectuꝫ autem veſtimentum et imperfectus ornatus in hominibus eſt gloria animarū neceſſe igitur eſt glorificandarum animarū corpora gloria cōmuni congruente ſuo tēpore veſtiri. Tercio modo intelligitur rex glorie ꝑ approbationē videlꝫ cuiꝰ ſoliꝰ eſt ⁊ cui tota debeꝫ glīa. Quare neceſſe ē oīa ſuo tp̄e ꝯuerti ī gloriā ipiꝰ. nō ſolū igr̄ aīe

humane quatinus eis cōgruit ꝑ glorifica
tionē ſuā cōuertende ſunt in gloriā ipſius.
Sed etiā corpa earū. Quēadmodū igitur
anime totū glorie victure ſūt ꝑ gloriā quā
accepture ſunt ab eo. Sic et corpa totalit̄
in gloriā eius ⁊ obſequiū ↄuertēda ſūt tē-
pore ſuo ⁊ ꝓpt̄ hoc adeptura gloriā q̄ illi
ſtatum et officio ↄgruat. Ampliꝰ. ſicut
alibi didiciſti. Mors plaga ē nō ſolum in
naturalis nature hūane ſed etiā eouſqꝫ
cōtraria vt eam etiam deſtruat. hmōi au
tem iudiciū certiſſimū ē qꝫ naturaliter hor
retur ⁊ fugitur ab hominibus. Nihil aūt
naturale naturaliter horretur ⁊ fugit̄. Na
tura igr̄ hūana naturaliter nec ad morteꝫ
tendit nec ad illā ducit homines naturali
ter. Quare manifeſtū ē plagam hmōi ſa-
nandā eſſe tpe ſuo. ſi em̄ i pecude ſua ſiue
in grege vel armento nemo ſuſtineret pla
gā mortis ſiue etiā mortalitatis ſi eā auer-
tere poſſet. Quātofortius creator in gene-
re humano qꝫ velut grex eius eſt. imo no
biliſſima amabiliſſimaqꝫ poſſeſſio eiꝰ nō
ſuſtinebit plagam mortis quin eam curet
tpe ſuo. Ampliꝰ. Quis paterfamilias
peſtem ſeu peſtilentiā a pecudibus ſuis ſi
poſſibile ei fuerit nō depellat. Quis deni
qꝫ rex in regno ſuo que totū illud vaſtent
ſi hoc poſſet facere nō auertat. Et qa ma-
nifeſtū ē qꝫ genꝰ humanū pars precipua
ac nobiliſſima eſt poſt ſubſtācias abſtra-
ctas et nobiles regni creatoꝝ. Neceſſe igi
tur ē bonitatē creatoris peſtem iſtā ⁊ vaſti
tatē abigere a regno ſuo. Mors igr̄ ⁊ cor-
ruptio finē habebunt in genere humano
Eodē mō ē argumētari ⁊ de ruina domꝰ
q̄ſi em̄ domus creatoris ē vniuerſitas ho-
minū et aliarū ſubſtāciarū nobiliū ⁊ ex il
lis velut duobꝰ pietibꝰ edificata ſeu ↄſtru
cta ruit aūt alter paries totaliter ꝑ morteꝫ
Qualiter igit̄ iſtā ruinā in domo ſua ꝑpe
tuo ſuſtinebit cū eā reedificare poſſit atqꝫ
ſtatuere ſtabilitate ꝑpetua qs pr̄familias
ruinā hmōi repare negligeret ⁊ domū ſu
am ſtabilē facere ſi poſſet. Q̄ ſi dixerit qs
qꝫ ruinā q̄ ꝑ mortē fit vel corruptionem re
parat creator q̄tidie ꝑ nouoꝝ hoim crea-
tionē. Debes reminiſci eius qꝫ audiſti i ꝓ-
cedentibꝰ ⁊ in hoc eodē capitulo qa reedi
ficatio hmōi ↄtinuo deſtruēda cōtinueqꝫ
ruens nō reedificatio ē tm̄ ei deſtruere q̄n
tū reedificat̄ ex altera pte. perinde eſt ac ſi
nihil reedificaret̄. ad alterā vo ptē queſti-
onis nō reſpondet videlicꝫ qualiter ſuſti-
net bonitas creatoris tantā ruinoſitatem
tantaqꝫ inſtabilitatē tā preclari edificij ſui
Quis em̄ paterfamilias ruinam ↄtinuaꝫ
in ſua domo vel edificio ſuſtineret maxie
cum eam aduertere preualeret.

r Euertar autē et dicaꝫ quia creato
ris aula ſiue palaciū cum repletū
fuerit ſubſtācijs ſpiritualibꝰ et ho
minibus glorificatis erit ſm magnificen-
tiam regni ⁊ glorie creatoris erit ⁊ ſm vlti
mū decentie et decoris ꝓprij. Quare ⁊ ex
parte creatoris ⁊ ex parte ſua erit ſm opti
mū vltra qꝫ nec melius nec decentiꝰ poſſi
bile eſt eſſe. Sic dico ⁊ de inferno quia ni
hil magis decet carcerē et locum tormēto
rum q̄ꝫ malefici et iuſtiſſimi cruciatus eoꝝ
Quare ſcdm ymaginationem poſitā erit
infernus ſcdm vltimum decentie et deco-
ris et hoc ex pulchritudine iuſticie creato-
ris que ibi ⁊ ꝑ magnitudine ſua ⁊ pro re-
ctitudine luciduſſime apparebit hoc eſt ꝑ
ut poſſibile erit glorificatis oculis tam ſpi
ritualibus q̄ꝫ corporalibus magnitudinē
rectitudinem et pulchritudinem illius cō-
ſpicere et videre. Quia vero paruuli q ni-
hil culpe addiderunt originali corruptio-
ni nihil pene actual' ő iuſticia diuina paſ-
ſuri ſunt et hoc eſt quoniaꝫ pena actualis
non debetur niſi culpe actuali. Mani
feſtū eſt eis non deberi nec decere eos lo-
cum alicuius pene actualis. Et quoniam
digni gloria non ſunt vtpote qui circa ori
ginalem culpam remedium qđ eſt gratia
ſanctificationis non receperūt. locus glo
rie eos omnino non decet. Decētiſſime igi
tur collocati ſunt ſcdm poſitam ymagina
tionē in loco qui nec ſit pene actualis nec
glorie. Q̄ ſi dixerit quis quia impoſſibile
eſt huiuſmōi homīes fore ſine pena actu
ali in quocunqꝫ loco ſint cum cognoſcant
ſe fuiſſe creatos ad felicitatem et gloriam
⁊ non adeptos illaꝫ. Dico quia ſermo hu
iuſmodi non eſt verus. Non enim creati
fuerunt ad illam niſi qui electi fuerūt cre-
atoris predeſtinatione ad ipam. Cum igi
tur videant ſe non eſſe electos ad illam vi
dent ſe nihil iuris habere in illa et ſibi nō
deberi illam. Quemadmodum igitur vi-
des in multis hominibus qꝫ abſqꝫ mole-
ſtia ⁊ dolore ſuſtinent ſe non eſſe reges ꝑ
hoc ſcꝫ qꝫ ſciūt ſine iiuria ſua ⁊ cōtumelia
hoc eē. ſic ⁊ iſti abſqꝫ vlla pena ⁊ cruciatu
ſuſtinebūt ſe nō obtinere felicitatē ⁊ gl'iaꝫ
regni illiꝰ ſblimis atꝫ ꝑclari. Si vo dixerit

quia videbūt ſe potuiſſe obtinere illam ⁊
ꝑpter hoc dolebunt quia nō obtinuerūt
⁊ hoc ipm diſſolues ꝑ ꝑdictum exemplū.
Nō em̄ ē hō qui naturali poſſibilitate ꝓ-
hibitus vnq̄ꝫ fuerit a regno. ſunt tamē in-
numerabiles q omino nō dolent ꝑ eo ꝙ
reges facti nō ſunt. Nō eſt igit̄ ꝯſequens
vt ſi aliquis bonū aliqđ obtinere natura-
liter poſſibilis ſit ꝙ ꝑpter hoc doleat q: il
lud nō aſſeqtur. Jam igr̄ manifeſtū ē tibi
ꝙ ſcḋm poſitā ymaginationē ſtatus vniuer
ſitatis hominū ē ſcḋm optimū ſuū ⁊ in vlti-
mitate decentie et decoris nec nō ⁊ in vlti
mitate ſue pulchritudinis ⁊ qa ꝑ ipam ſa
tis fit ſimul miſcḋie creatoris ⁊ iuſticie ipi
us atq̄ꝫ nature humane et meritis homi-
nū. Nature quidē humane qa redditur ei
ſua ꝑfectio naturalis q̄ntū ad vires natu-
rales exteriores q̄s exercet ꝑ corpus. Red
ditur etiā ei corpus ſcḋm hoc. Reddit̄ inq̄ꝫ
quale congruit ipi naturaliter qđ ē dicere
immortale ſicut alibi didiciſti. Nec ſolū
quale congruit ei naturaliter ſed etiam q̄
le congruit meritis ipius ⁊ ſtatui. Statui
quidem glorie cōgruit corpus glīoſum cu
ius gloriam in ſequētibus audies Statui
vo eterne miſerie cōgruit corpus qđ eam
ꝑpetuo ſuſtinere poſſit et tale redditur na
ture hūane in vita futura ſcḋꝫ poſitā yma
ginationē. Satis fit etiā ſcḋm hoc ſtatui ꝑ-
uulorꝫ qui cōtra corruptionē ſeu maculaꝫ
originalē ſatiſfactionis remediū nō acce-
perunt. Hic igr̄ ē ſtatus ꝑ omnia decētiſſi-
mus et q̄ntū ad gloriā creatoris tam ex ꝑ
te miſcḋie ipius q̄ꝫ ex parte iuſticie. Simi
liter et q̄ntū ad ſalubritatē ⁊ vtilitatēꝫ na
ture humane nec nō et vltimā eiuſdē ꝑfe-
ctionē quantū humane nature poſſibile ē
cum eqtate et iuſticia creatoris. Hunc igr̄
ſtatum eliget. imo elegit eternaliter apud
ſeipam ſapiētia et bonitas creatoris. Qua
re manifeſtuꝫ ē in eo ſtatuendū eē finalit̄
naturam humanā. Amp̄. quia nullus
mot⁹ nature fruſtra ē naturaliter neq̄ꝫ na
turali ipoſſibilitate ꝓhibit⁹ ab eo ſiue in-
q̄ꝫ eſt. Quia igr̄ appetitus immortalitatis
naturalis eſt. id ē naturaliter indit⁹ homi
nibus quemadmodum fuga mortis hoc
eſt timor et horror illius. Manifeſtū ē
immortalitatē que eſt finis huius appeti-
tus et euaſionē ab ipa morte nō eē natura
liter impoſſibiles homib⁹ nec aliud inten
do in ſermone iſto niſi ꝙ naturaliter poſ
ſibiles ſunt iſti duo fines homib⁹ poſſi

biles quidē ꝑ modū receptionis ⁊ inſuꝑ a
natura intenti ſiue intentati. Non em̄ ſic
intelligo poſſibilitatē iſtā quēadmodum
dicit̄ poſſibilitas vnicuiq̄ꝫ hominū eſſen-
di vel fiendi regeꝫ. Regalitas quippe nō
intendit̄ a natura humana neq̄ꝫ directio
humane nature aduenit ſed magis ab ac-
cidente ⁊ indirecte ſicut et cauſa eius que
ē voluntas ſiue electio hominū ad quos
pertinet reges eligere vel ꝯſtituere. Inſu-
per tota intentio nature ꝑficitur et implet̄
abſq̄ꝫ hoc qđ adueniat ei regalitas ſeu re
gia dignitas. Non autem ſic ſe habet im-
mortalitas ad naturā humanā quoniam
ſine adeptione immortalitatis non ꝑficit̄
natura neq̄ꝫ intētio eius nec ꝑuenit natu-
ra ad finē in quē tendit ꝑ duos ꝑnomina
tos ſuos motus videlꝫ appetitū immorta
litatis et fugā mortis Amp̄. Ullus mo
tus naturalis eſt hominibus in regiaꝫ di
gnitatē vel poteſtatē. ſed magis ex cupidi-
tate ⁊ ambitione ē deſideriū hui⁹ poteſta
tis hominibus autē ꝙ rariſſimū ē ex crea
toris dilectione vel hominū ipoꝝ et hoc ē
cū credit̄ ab hijs qui poteſtatē hmōi ſuſci
piūt vel deo placere vel hominibus expe
dire vt ipi regnēt credūt ⁊ ꝑpter hāc ſolaꝫ
cauſam regnare ſe ſuſtinent. Manife-
ſtum igr̄ quia hmōi poſſibilitas nō ē poſ
ſibilitas ꝑ ſe ⁊ ordinata ad hmōi finem.
Quare ꝯſequēs ē q: poſſibilis ē hūana na
tura recipe imortalitatē poſſibilitate ꝑ ſe ⁊
ordiata ad illā ⁊ q̄m tēdit ad illā naturali-
b⁹ motibus pluribus ſuis q̄re neceſſe ē vt
ad illā ꝑueniat vl̄ totaliter vel in parte ꝙ
ſi cōceſſerit quia in parte ꝑueniet ad illam
Jam audiſti ſuꝑ hoc alias ratiōes ꝑpter
quas impoſſibile eſt ꝙ in ꝑte etiā nō ꝑue
niat. Amp̄. Jam alibi audiuiſti qa ⁊ ſi
ꝯtingāt ſpeciē aliquā in aliqua ꝑte indiui
duoꝝ ſuoꝝ ꝑfectiōe ſua vel ꝑfectionibus
ꝑuatā eē impoſſibile tamē ē vt vniuerſali
ter ꝑuetur illa vel illis. Similiter impoſſi
bile ē vniuerſaliter et ꝑpetuo aliquā ſpeci
em remanere vniuerſaliter ⁊ ꝑpetuo in ꝑ
uatione ſeu potētialitate ſue ꝑfectōis. Ali
oqn fruſtra et vane creata eēt a creatore.
Hmōi aūt exemplū ē in mineris metallo-
rū ⁊ gemmarū aliorūq̄ꝫ lapidū nobilium
Materia ei ois que ꝑ ſe materia ē nō cre-
atur vt ſit materia tm̄ ſed creat̄ ꝑpter ꝑfe
ctionē. creatur inq̄ꝫ in materialitate ſua vt
in ea ꝑmaneat. Cui⁹ expoſitio ē vt intelli-
gas quia minera auri nō eſt minera vt ſit

minera tm̄ neq3 vt remaneat in hac mate
rialitate q̄ ē mineralitas ſ3 ꝓpter aurū vt
aurū ſolicȝ et ea fiat. Quia igr̄ materia vt
materia nō ē vtilis niſi ꝓpter id qđ ex ea
exiturū ē. Manifeſtum eſt ꝙ nō crea
tur vel eſt vt ſit vel remaneat materia tm̄.
qm̄ eius eē ſic inutile ēēt. Sapiētia autē ⁊
bonitas creatoꝛis nō ꝑmittūt hoc vt cree
tur vel ſit inutiliter ſpecies aliq̄ totalit̄ hoc
ē ſm̄ oīe indiuiduū ſuū. Quare impoſſi
bile ē ſpeciē aliquā remanere totaliter in
ſua materialitate vel potētialitate. Neceſ
ſe igr̄ ē vnāquaqȝ ſpeciē vel in totalitate
ſua vel in ꝑte indiuiduoꝝ ſuoꝝ ad id ꝑue
nire qđ ſupꝛa diri ſupꝛa ꝑfectionē vl̄ actū.
Quia igit̄ ſpecies hūana in hac poſſibili
tate ſeu potētialitate creatur vt ex ea poſ
ſint fieri imoꝛtales hoīes. Quare neceſſe
ē ſaltē aliquos fieri imoꝛtales. Hāc igitur
moꝛtē q̄ nūc ē hoim. Sequetur ex neceſſi
tate imoꝛtalitas. Hec aūt ē vita imoꝛtalis.
Amp̄. nihil magis erigit hoīes ad eie
ctione vicioꝝ ⁊ paſſionū inoꝛdinatarū q̄3
ſpes future imoꝛtalitatis ⁊ retributionis.
nihil magis eos animat atȝ ꝯfoꝛtat ad ac
quiſitionē virtutū atȝ cuſtodiā ⁊ ad cōpo
ſitionē moꝛū ſuoꝝ totiuſq3 vite ſue decoꝛati
onē q̄3 ſpes future imoꝛtalitatis. ⁊ hoc ap
paret in hīs q nihil boni ſperāt in vita fu
tura q oīa credūt cū ipſa luce vite p̄ſentis
relinquere. hīs eī null⁹ ē amoꝛ v̄tutū nul
la cura ꝯponēde vite ſue. ſed totos ſe tra
dūt et exponūt inſtar iumētoꝝ voluptati
bus coꝛꝑalibus. Quare q ſpem iſtā tollūt
de medio negantes eā virtutes etiā de coꝛ
dib⁹ hūanis extirpāt totiuſq3 vite humane
decus atȝ decoꝛē in bꝛutales delicias atq3
turpitudines transferūt ⁊ defoꝛmāt. Ma
nifeſtū igr̄ ē hāc opinionē radicē eē ꝑnici
oſiſſimā atq3 peſtiferā hūane vite et inſuꝑ
ipſi creatoꝛi ꝯtumelioſiſſimā q̄ ⁊ amoꝛē vir
tutū ſalubꝛiū extinguit in hoībus et crea
toꝛis cultū ⁊ honoꝛificentiā extirpat radi
citus ⁊ laudē creatoꝛis aufert ex oꝛe hoim
Uita nāq3 inmētina ebꝛietaſq3 et inſania
deliciarū carnaliū etiā ab anima huma
na cogitatū abꝛadit ⁊ abolet creatoꝛis fer
ro igr̄ et igne ꝓfligāda ē ⁊ fundit⁹ extermi
nāda huiuſmodi opinio. Nō tā igr̄ ꝓba
tionib⁹ cōtra eam pugnandū ē q̄3 toꝛmen
tis. Q̄ſi dixerit quis quia ꝓpter diuitias
p̄ſentes et coꝛꝑales delicias ꝯpōnēda ē et
oꝛnāda virtutibus ⁊ moꝛib⁹ vita p̄ſens tu
ipſe vides quia iſta ſūt q̄ totā turbāt ⁊ con
fundūt vitā p̄ſentē hominū ⁊ ipſos etiā ho
mines vſq3 in inſaniā ſubuertūt. et hec eſt
vna et cauſis ꝓpter q̄s ſapientes ipſas fu
giūt taq3 peſtes. Uides etiā quia hec ſunt
que homies auertūt maxime a creatoꝛe ⁊
ab omni cultu et honoꝛificētia ipſius. Nō
inducūt igr̄ hoīes ad honoꝛificandū et cō
lendū creatoꝛē ꝗn potius obdurant. Iſta
etiā ſunt ex q̄bus ſunt lites et iurgia. ſedi
tiones ⁊ bella ebꝛietates et furoꝛes hoim
inuicē. Qualiter igr̄ ꝓpter iſta que cultū
et honoꝛificentiā creatoꝛis adō impediūt
q̄s maximi cultoꝛes creatoꝛis maxime fu
giūt et ꝯtemnūt ex quib⁹ mala q̄ ꝑditi om
nino ſūt colēdus vel honoꝛādus erit crea
tor. Amp̄. ſi ꝓpter hec ſola honoꝛan
dus vel colēdus eēt creatoꝛ ꝙ vtiq3 eſſet ſi
alia vl̄ melioꝛa ab eo nō ſperarent̄ vel ꝙ
recti⁹ ē gratis cū colēdus eēt q̄ igr̄ eas nō
habēt abſoluti eēnt oīno a debito cultus
⁊ honoꝛificētie creatoꝛis cū apud eos cau
ſa huiuſmōi debiti nō eēt. Q̄ſi dixerit q̄a
ipſa vita p̄ſens bonū magnū ⁊ ipſa anima
bonū maximū. Similiter ⁊ coꝛpus totū
⁊ mēbꝛa ſingula bona et magna ſunt. Ue
rū vtiq3 dicit et reuera largitiōe tantoꝛū
bonoꝛū obnexios ſibi nos fecit bonitas
creatoꝛis ⁊ debitoꝛes obſequioꝝ q̄ ex hīs
eidē impēdere poſſum⁹. Uerū adeo leſa
ſunt oīa hec ⁊ coꝛrupta ī nobis ⁊ oꝛigina
li coꝛruptiōe de qua tot ⁊ tanta iam audi
uiſti ⁊ alijs cauſis q̄ de induſtria p̄tereo
vt ex eis neq3 decēter neq3 acceptabilit̄ cre
atoꝛi ſeruire poſſimus ⁊ ꝓpter hoc neceſ
ſariū ē nobis vt mūdemur ab hmōi ⁊ no
uis adiutoꝛijs a creatoꝛe adiuuemur Hec
aūt adiutoꝛia ſunt q̄ virtutes ⁊ gratias et
dona doctrina xp̄ianoꝝ creberrime nomi
nat. Scito aūt ꝙ nō ē hec intentio creato
ris vt ꝓpter obſequia nr̄a p̄dicta nob̄ mu
nera largiat̄ Nō eīn indiget hīs ſed nos
eis indigemus vt ꝑ hec creatoꝛi nos acce
ptos et placitos exhibeam⁹. ⁊ ꝑ eadē ab
eodē incōꝑabiliter melioꝛa atȝ ſublimio
ra obtineam⁹. Hec igr̄ ē intētio ipſius ad
iuuare nos hic hmōi adiutoꝛijs vt nō ſo
lū munificētia ei⁹ ⁊ miſcdia ydoneos nos
faciāt maioꝛa ac p̄cellentioꝛa accipe. ſ3 eti
am eiuſdē iuſticia nos dignos iueniat vt
talia nobis ex meritis debeāt̄. Quapꝛo
pter manifeſtum ē ꝙ fuit bonitas nature
ex diſpoſitionib⁹ bonis naturalibus p̄pa
rat et ydoneā facit naturā humanā ſic ipſa
adiutoꝛia eandē p̄parāt nō ſolum vt ydo

nea ſit ad ea q̄ ſunt eterne felicitatis ⁊ glo
rie. ſed etiā vt et digna ex eiſdē adiutoꝛijs
de hijs aūt licet multa p̱ pphetas hebꝛeo
rū et dicta et ſcripta ſint genti illi. doctrina
tamē xp̄ianoꝛū de hmōi adiutoꝛijs digni-
tatibus retributionibuſqꝫ creatoꝛis refer
tiſſima ē ⁊ gratiā adoptionis hereditatēqꝫ
regni celeſtis ſtudioſiſſime attollit et p̄di-
cat ex q̄ manifeſte ſequit̄ reſurrectio moꝛ-
tuoꝝ ⁊ gloꝛificatio coꝛū ſaltē in p̄te. Sta-
bilit̄ aūt gr̄a iſta exemplo vno p̱ bonita-
tē et largitatē creatoꝛis. Dico igit̄ q̄a ſi rex
aliq̄s in hoīb⁹ haberet regnū ditiſſimū
ac p̄clarū nec eſſet ei niſi vnicus filius. Re
gnū aūt eiuſmōi vel maneriei eēt vt p̱ mł-
titudinē heredū nulli minueret̄ ⁊ ipi vni-
genito regis gloꝛia multa atꝫ p̄claritas p̱
multitudinē coheredū atqꝫ ꝯſoꝛtiū accreſ
ceret bonitas ⁊ largitas ipſius regis mul-
tos filio ſuo ꝯſoꝛtes aduocaret. ⁊ multos
filios ſibi gr̄e adoptaret. Licet autē apud
nos in hominibus multotiēs factū eſt qui
cū filios p̄pꝛios nō habebāt extraneos ad
optabāt. nec dubiū ē apud intelligētes q̄n
etiā ſi multos haberēt filios poſtq̄ꝫ p̱ quā
tamcūqꝫ gratiā adoptionis ac p̱ quātācū-
qꝫ multitudinē adoptiuoꝛū nihil deperit
vnigenito creatoꝛis de diuitijs aut gloꝛia
regni ſui. quinpotius auget̄ ei gloꝛia exte
rioꝛ vltra omnē admirationē. Si ex multi
tudine miliciarū ex multitudine ⁊ magni
ficētia p̄ncipū auget̄ gloꝛia regis vniuſcu
iuſqꝫ. quātofoꝛtius innūerabilis multitu-
do regū celeſtiū erit ad decoꝛē ⁊ gloꝛiā re-
gi regū oīm. Si em̄ decē regib⁹ impare tā
ta gloꝛia ē imperātis regib⁹ inq̄ꝫ terrenis ⁊
oibus terrenis regib⁹ impare tāto maioꝛ
gloꝛia terreni impatoꝛis q̄nto maioꝛ ē nu-
merus atꝫ potētia regū terrenoꝝ q̄ꝫ decē.
Quātomagis oīm regū celeſtiū obedien-
tia ⁊ ſubiectio erit ad gloꝛiā regis omniū
ſeculoꝝ. Manifeſtū igr̄ ē quia dominan-
ois v̾tꝰ videt̃ eẽ cauſa ꝛ declaratio ſermo
nũ hmõi. Caue aũt ne ꝑ hoc intelligas di
uerſari p̃mũ apud ſe vllo modoꝝ queãd-
modũ ꝛ fons quãtũcũqꝫ multitudine vel
diuerſitate riuoꝝ apud ſe nõ diuerſat̃ aut
multiplicat̃. Sic nec p̃mũ ꝓpter multitu-
dinẽ aut diuerſitatẽ influentiarũ q̃ ex ip̄o
ſũt. Caute aũt ĩtellige vbicũqꝫ noiari crea
torẽ audieris fontẽ et creaturas riuos vel
flumina. Nõ ei ẽ ꝓp̄e riuos niſi aq̃ q̃ flu-
it ĩ fonte vt ꝑs fontis id ẽ aqua fontal' ꝛ ꝓ
pter hoc ĩueniret̃ ex neceſſitate eius fluxu
vel exitu aq̃ fontalis niſi ei alia daret̃. Re
mota ei iam a creatore ẽ ꝑ me ẽ ꝑtibilitas
Nec ſuꝑ hoc ẽ tibi relicta dubitatio. Et ab
vno ꝛ eodẽ calore ẽ ĩmolicio in cera et ĩdu
ratio ĩ luto. Uides etiã q꞉ ex eodẽ ſemine
tã modico ꝓueniũt fructus flores et folia
frondes ꝛ cortices ꝛ etiã ſemen ſil'e cum ſe
men vnũ ꝛ forte vnũ ſimplex hoc ẽ vnius
nature ſit. In ſemine ꝛ hũano ꝙ vniꝰ na
ture tm̃ eſt videt̃ apparere maior multitudo
maiorqꝫ diuerſitas ĩ effectibꝰ ſuis hoc ẽ in
eis q̃ ex ip̄o generãt̃ quoꝝ ẽ tãta multitu-
do atqꝫ varietas vt pili vngues caro oſſa
nerui cartilagines medulle ꝛ q̃ttuor hũo-
res radicales ꝛ ip̄a ſubſtãtia cerebri. Quã
to fortiꝰ igr̃ a creatore ꝑ modũ effectiõis ꝑ
imperioſiſſimũ verbũ ipiꝰ erit multitudo
atꝫ diuerſitas adeo deorſũ ab ip̄o adeoqꝫ
diſcreta vt nec ſpecie nec genere nec etiã p̃
dicamẽto cõmũicet. In hijs aũt ſimilitudi
nibꝰ attẽde lõgiſſime diſtantẽ diſſilitudi-
nẽ. Semen ei licet fortiſſimã habeat virtu
tẽ oꝑatiuã cauſa material' eſt ꝛ ꝓpter hoc
corrũpitur ĩ generatiõe eoꝝ q̃ ex ip̄o fiunt
hoc aũt nõ ẽ cauſe efficiẽtis nũqꝫ ꝑ ſe ſalꝫ
vt ip̄a corrũpat̃ ip̄a oꝑatiõe ſua q̃ ẽ ei pro
p̃a ꝛ ꝑ ſe. Nec moueat te exemplũ fenicis
q̄d poſui qm̃ ignis ille quẽ ip̄e ſuccẽdit eſt
cauſa efficiẽs corruptiõis ipiꝰ ip̄e aũt fenix
nõ ẽ cauſa ꝑ ſe ꝛ ꝓp̄e ignis illiꝰ. Remiſce
re igr̃ ſublimitat' ac ſuꝑeminẽtie creator'
bñdicti imperioſitatiſqꝫ verbi ipiꝰ d̄ quo
plura audiuiſti in p̃ma parte tractatꝰ iſtiꝰ
Et videbis q̄ꝫ longe ẽ om̄ipotentiſſima vir
tus ipſius ꝛ excellentia atqꝫ magnificentia
oꝑationũ ipſius ab alijs virtutibus et mo
dis operationũ ip̄arum. Reminiſcere etiã
quia nomẽ ꝛ intentionẽ cauſe efficient' vi
dent̃ merito phyloſophi extendiſſe vt ex
actã ac deputatam eiuſdẽ rationẽ forſitan
enim ſic non congruit niſi prime cauſe ef-
ficienti que eſt creator benedictus

q Uia v̾o ſimiles illuminatiões eis
que ſupra poſui hr̃e vident̃ om̄ia
alia aĩalia ꝛ quedã multo miores
minuſqꝫ nobiles. Quedã etiam maiores
queãdmodũ vultures ſi verũ eſt ꝙ de eis
multi fabulati q꞉ p̃uident ſtrages futuras
ex p̄lijs ꝛ ꝓpter hoc cõgregãt̃ ĩ locis vbi fu
ture ſũt ſtrages hmõi tãqꝫ p̃uideat ĩ futu-
rã eſcã cadauoꝝ hũanoꝝ ꝛ equoꝝ. Appet
tibi ex oibus hijs luminibꝰ luminoſitateꝫ
ſapiẽtie creatoris penetrare atqꝫ ꝑtingere
nõ ſolũ vſqꝫ ad extrema aĩaliũ ſꝫ vſqꝫ ad
extrema ſeminũ lumina q̃ cadũt ſuꝑ ſemi
na ſil'ia ſũt artificijs vt dixit ariſtoteles. at
tende etiã q̄d lumina hmõi nõ ſunt tm̃ ſic
artes aut artificia oꝑandi ſꝫ ſunt velut im
peria creatoris q̃ neceſſe habẽt ĩplere ip̄a
ſemia. Nõ em̄ ex libero arbitrio oꝑant̃ ſꝫ
ex neceſſitate ꝑ modũ ſcꝫ ſuient' q̄d ꝛ ari-
ſtoteles alit̃ alibi generalit̃ dixit de natu-
ra ſcꝫ qm̃ ip̄a oꝑat̃ ꝑ modũ ſuictis. Nemo
ãt dubitat qm̃ ſemia nec alia nec alit̃ oꝑa
ri poſſunt queãdmodũ ĩ ip̄is ẽ ĩpediri tm̃ ꝛ
adiuuari poſſunt vt meliꝰ ꝛ citiꝰ operent̃

Sicut appet ex opib⁹ magice naturalis q̃
ſunt ſubita generatio pediculoꝝ ranaruꝫ
vermiũ et alioꝝ multoꝝ. Impediũt' vo
ſemina in agris multotiẽs p naturã agro-
rũ ẽ repugnantẽ vt ex ſeminato tritico nõ
generet' niſi ſinapis aut ſigalũ. Jam igit'
declaratuꝫ ẽ tibi qm̃ ad oĩa hec puenit nõ
ſolũ luminoſitas ſapiẽtie creatoꝝ ſꝫ et im
periũ q̃re oĩa hec q̃ ſic fiũt vel generant' ꝛ
fiũt creatore ſciẽte ꝛ imperãte fieri ꝛ ſic fie-
ri quare ꝛ ꝓuidenter ab ipõ et per ipſum

D Et hoc q̃ꝫ ꝙ querebat' cuiuſmodi
cognitiões vel ſciẽtie eẽnt lumĩa
iſta. Reminiſci debes eoꝝ q̃ ali-
bi audiuiſti p me vicꝫ qm̃ ſcientiarum ſiue
cognitionũ alie ſũt deſcẽdẽtes deſup a lu-
mĩoſitate creatoꝝ ꝛ hee vocãt' ſcie ĩdite vl'
ĩfuſe et ĩdite qdẽ q̃ naturalit' ĩſũt ꝛ cũ hiis
creãt' q͛b⁹ ĩdite ſũt ꝛ noĩant' recte ſcie natu
rales vel innate. Alie vo q̃ poſt naturã cõ
pletã dono creatoris adueniũt cõiter vo-
cant' ĩfuſe. Tercio vo reb⁹ ipĩs adueniũt
quẽadmodũ ymagines reſultãtes ĩ ſpecu
lis ab inſpicientiũ facieb⁹. Et iſte ſũt q̃ ſe-
quũtur numeroſitatẽ rerũ et varietatẽ atꝫ
diuerſitatẽ vtpote cauſate ab ipĩs. Nec mi
rũ cuiq͛ʒ videri debet ſi multitudinẽ aut va
rietatẽ rerũ ſequũtur ymagines earũ et ve
rificat' iſtõ p augmẽtationẽ a cauſa et a p
portiõe. Cũ eñ res omẽs ad hmõi ymagi
nes ſuas ſilr ſe habeãt ſiue ꝓportionalit'.
Conſequẽs ẽ vt pmutatim. ſicut res adiui
cẽ ſe habẽt. ſic ꝛ ymagines earũ ſe habeãt
adinuicẽ ꝛ ꝓpter hoc vt ẽ diuerſitas ĩ reb⁹
adinuicẽ. Sic ꝛ in ymaginibus ꝓpter hoc
igr̃ ſiue res hmõi vniuerſales fuerint ſiue
pticulares. Eodẽ mõ erũt ꝛ ſciẽtie vel vni
uerſales vel pticulares. Sciẽtie vo alie vi
delicet tam inate q͛ʒ infuſe ſequũtur imita
tẽ cauſe ſue ꝛ ꝓpter hoc vna earũ ẽ multo
rũ generũ ꝛ multarũ ſpecierũ ꝛ indiuidu-
oꝝ hinc ẽ ꝙ lumina q̃ nũeraui tibi ꝛ no-
mĩaui ſequũt' hoc mõ vnitatẽ ipi⁹ nec ha-
bent lineationes aut deſcptiones libroꝝ
nec aggregatiões ptiũ quẽadmoduꝫ nec
ſapiẽtia pma. Et idẽ dico de ſplẽdore pro-
phetico qm̃ vn⁹ nõ ẽ diuiſibil' neq͛ʒ aggre-
gatus ex pticularib⁹ ſplẽdorib⁹ ꝛ in illo et
p illũ viſa ẽ a ꝓphet' tãta rerũ et euentuũ
multitudo atꝫ diuerſitas. Sic dico ꝛ de iſtl'
luminib⁹ quãq͛ʒ nec lumina dicẽda ſint ꝯpa
ratiõe ſplẽdoꝝ ꝓphetici. ĩ vno tñ ei aſſimi
lãt' vicꝫ ĩ hac vnitate ꝛ indiuiſibilitate. Si
tñ inuenirẽt' in hoĩbus lumina ſimilia vi
delicꝫ inueſtigãda latrones ꝛ dinoſcẽdi atꝫ
dephẽdẽdi eos aut nendi ſiue filãdi texẽ
diq͛ʒ rethia ꝛ venãdi. Si inq͛ʒ inuenirent' in
hoĩbus pter eruditionẽ ꝛ doctrinã ſplẽdo
res illos ꝓpheticos nemo noĩare vereret'.
Sꝫ neq͛ʒ ſciẽtia illa neq͛ʒ p ſciẽtias operari
aĩalia vel ſemina vſualiter dicim⁹ ꝓpter
paucitatẽ nr̃e exercitationis in hiis ꝛ ꝓpt'
nouitatẽ quã ſp ꝛ mõſtrat' ꝛ plurimũ ab-
horrẽt vulgares hoĩes et impiti ꝓpter qd̃
ariſtoteles dicere noluit ꝙ artificia eſſent
in ſermonib⁹ ſꝫ vtutes ſimiles artificiis ꝓ
pter qd̃ ꝛ ꝯuenientius acomodato aptato-
q͛ʒ ſermone nõ dicim⁹ lumina iſta ſcienti-
as aut artes ſeu artificia ſꝫ magꝭ ſimilitu-
dines ſcientiarũ ꝛ artium et artificiorum.

I Si qs aũt querat vtrũ aranea ſciat
ſiue ſiue filare ꝛ reciacula tendere ꝛ
alia facere q̃ facit ꝓponet queſtio
nẽ nõ facile determinabilẽ impitis aut eñ
ſciẽter facit aut caſu qd̃ facit ꝛ preter inten
tionẽ. Qꝫ ſi rñdeat qs q: neſciẽter facit qd̃
fac̃. Qualiter igr̃ declinat errorem omnẽ
ĩ opib⁹ ſuis. Amp̃. ſi quẽadmodũ dic̃ ari
ſtoteleſ q: oĩno ſciẽti ſignũ ẽ dicere poſſe ꝛ
ñ poti⁹ ſignũ ſciẽt' erit facere poſſe. Amp̃.
ꝙ ſignũ ẽ ĩ muliere filãte ꝙ ipa filare ſciat
ꝙ nõ ꝛ meli⁹ ꝛ magꝭ appeat ĩ aranea. Si
vo dixerit q: mulier hoc fac̃ arte vel ſcia ſi
ue artificio oblit⁹ videtur huiuſmodi ho
mo ſermonis quẽ dixit ariſtoteles. quia ꝙ
natura tale magis tale. q̃re naturalis ars
magꝭ ars ꝛ natural' ſciẽtia magis ſcientia
ꝛ naturale artificiũ magꝭ artificium ꝛ na-
turalit' ſciẽs magꝭ ſciẽs. Quare et magꝭ ſci
ens ẽ aranea hmõi opis ꝛ magis ſcienter
opat' fila ꝛ rethia q͛ʒ mulier q̃ hoc p doctri
nã alienã aut p ꝓpam adiuẽtionẽ hoc ſcit
vel didicit. Qꝫ ſi rñderit q: iſtinctu nature
hoc fac̃ aranea inuoluit ſe difficiliorib⁹ q̃-
ſtionib⁹ de inſtinctu ſcꝫ ꝛ natura qd vtrũ
q͛ʒ illoꝝ ſit. Eadẽ eñ reſtat queſtio de natu-
ra vtrũ ſciẽter inſtiget araneã ad iſta faciẽ
da aut inſciẽter. Qꝫ ſi ſciẽter nõ erit hmõi
natura ĩ ſubiecto eis eñ q̃ ĩ ſubiecto ſunt
nullo modoꝝ ꝯgruit ſcire vel ſciẽter aliqd
facere. Si vo ſubiectũ fuerit natura hmõi
ſequẽtur alie queſtiões de hmõi ſubiecto
an p ſe hoc faciat an alieno inſtinctu. Qꝫ
ſi p ſe reſtat queſtio qua vtilitate et cuius.
Si eñ ſua vtilitate hoc facit nõ erit hmõi
ſubiectũ niſi ipa aranea. Venatio eñ muſ
carũ ſoli aranee q̃ illã exercet vtilis eẽt vi
det'. Niſi forte qs dicat quia etiã vtilis eſt

hominibus ad admirationē ſapiētie creato
ris ⁊ ad phyloſophandū de ꝓuidētia ipi⁹
Si vero alieno inſtinctu hoc facit hm̄oi na
tura ꝑueniet hec eadē ad creatorē et fiet ꝑ
hoc manifeſtior in rebus hm̄oi ꝓuidētia
diuina cū inuentū fuerit ꝙ ꝑ eius īſtinctū
⁊ filant aranee ⁊ texunt fila ſua et retia et
venātur. Si aūt nō ꝑuenerit hoc vſqȝ ad
creatorē neceſſe ē vt veniat hoc ad aliam
ſubſtantiā nobiliorē ꝙ̄ ſit aranea ⁊ hoc vel
vnam vel multas que ſi fuerit vna ſola ap
parebit eē regitiua oīm aranearū docens
eas hm̄oi viuēdi artificia vel inſtigās eas
ad hoc vt illa exerceāt qđ vel erit ei cōmiſ
ſū a creatore vel erit eidē innatū ꝑ vtrāqȝ
aūt viarū iſtarū appet euidēter oīa hm̄oi
artificia ⁊ eſſe ⁊ exerceri ꝓpter videntiam
creatoris Eodē mō ſi multe fuerint hm̄oi
ſubſtātie regitiue aranearū nō poterit eē
dubiū qn regnū huiuſmōi ſit eis vel inna
tū vel cōmiſſum a creatore. Tu ergo atten
de in hijs ⁊ ſimilibus qr nō ē contendēdū
recte phyloſophātibus de vocabulis aut
nominibus quin potius ſine litigio ⁊ con
tentione ſicut vtitur cōmunitas hominū
Extrancitas autem quam repudiat vſus
communis in vocabulis modis omnib⁹
fugienda eſt philoſophantibus. Similit̄
⁊ vacuitas earum niſi forte defectus neceſ
ſitas cogat noua vocabula fingere aut ſal
tē circūuolutionibus vtendū eſt eis ꝓpt̄
hoc igit̄ ariſtoteles noluit dicere virtutes
que ſunt in ſemibus artes eē vel artificia.
ſed ſimiles artificijs qnāqȝ abſqȝ abuſiōe
intollerabili dixiſſe potuiſſet eas eē quaſ-
dā artes ſeu quedā artificia nature. Neqȝ
ꝯtendendū eſt tibi ſup hoc ꝙ ꝑdixi videli
cet vtrū aranee ſciant facere qđ faciūt. vel
vtrū ſcientie tibi faciant quod faciunt. Cū
vſus ꝯmunis hominū recipiat eas ⁊ ſcire
opari ⁊ ſcienter opa hm̄oi ⁊ tantillum lu
minis accepiſſe eas a luminoſitate ſapiē-
tie creatoris ad acquirendū ſibi ſuſtētatio
nē vite ſicut dixi verū aūt ꝑ mediū ſiue me
dia an imediate nō diffinio hic qm̄ eē ⁊ vi
ta imediate vident̄ ꝓcedere a creatore et
creari ab ipſo et ꝓpter hoc fortaſſis vide-
atur alicui ꝙ in iſta modica lumina ſicut
et magna deſcendant ab ipō ſuper hm̄oi
creaturas ſicut et nobiliſſima lumina que
vocātur dona gratiarū ſcientieqȝ ⁊ v̄tutes
ſublimes dicūtur ab ipō imediate deſcen
dere ſup homines et angelos beatos. In
tm̄ igr̄ determinatū ſit tibi ꝑ hec oīa hm̄oi
que ꝑnominata ſunt ꝑ ꝓuidentiā creato
ris et eſſe et fieri.

q Voniā autē datū eſt a creatore oī
bus corꝑibus vt poſſint ſibi acqui
rere loca naturalia hoc ē naturis
ſuis cōgruētia et virtutes etiā ad hoc eis
date ſunt ab eodē qbus hec acquirāt per
motū ⁊ quibus etiā in eis quieſcant non ē
tibi dubitandū qn ꝑ ꝓuidentiā creatoris
ſint mot⁹ eorū ⁊ qetes ꝑſertim cū mot⁹ na
tural' vniuſcuiuſqȝ corꝑis nō tā ſit ingſſū
loci natural' ꝙ̄ etiā fuga īnatural' atqȝ ꝯtra
rij. Vides igr̄ euidēter qr corꝑa naturalia
ſibi ꝓuident naturaliter ad cōſeruationē
ſui eſſe ⁊ a locis nociuis ꝓfugā ⁊ de locis
ſalutaribus ꝑ motus ⁊ inclinatiōes natu
rales ⁊ hec ē cauſa vt mihi videt̄ que īdu
xit ariſtotelē naturā hm̄oi in corꝑibus na
turalibus quaſi quandā vitam eē quoniā
in viuentibus hm̄oi ꝓuidētiſſima euiden
tiſſima eſt videlicet qua declināt noxia et
querūt ſibi ſalutaria atqȝ ꝓficua. Et in qui
buſdam quidem animalib⁹ naturalis pe
ricia et ars innata medicinalis. Quis eīm
docuit bufonē alieno morſu atqȝ veneno
vulneratū rutam adire et eidē locū vulne
ris affricare ⁊ ꝓpter hm̄oi affricationē a
periculo veneni curari ⁊ hoc idem de ſali
ua facere creditur a multis. Similiter qs
docuit cattam ꝑ affricationē ſuam ad her
bam que nephyta nominat̄ concipe poſ-
ſe et ſic defectū maſculi ſupplere. Eodem
mō ⁊ equas exponere ſe flatui venti vt ex
eius afflatu atqȝ attractu conciperēt. Quis
vero docuit piſces quoſdā poſtq̄ in aquā
effuſa fuerint oua eorū ſemine ſuo ſupfun
dere alios aūt generare nō poſſe. Deniqȝ
qs docuit aquilas et coruos reiuueneſce
re ⁊ in iuuentutē ſuā modis qb⁹ alibi au-
diuiſti renouare. Quis docuit ſcorpiones
exteriora tm̄ manuū in hominib⁹ ꝑcutere
palmis aūt parcere vel qđ verius credo ti
mere ne forte ab eis incluſi capti detineāt̄
ꝙ ab exteriorib⁹ manuū minime timent.
Sunt ⁊ alia innūera que hyſtoriographi
nature de hm̄oi ſcripſerūt in qbus oīb⁹
manifeſtū ē tibi ⁊ cōiter dici artes q̄ſdam
et artificia ⁊ ingenia nature dici et nō im-
merito. Iſta tamen vocabula vſqȝ ad na
turas inanimatorū corꝑm neminē adhuc
audiuim⁹ extendiſſe etiā hoc ē ꝓpter ꝑui
tatem ſuam ⁊ vt ita dicam tenuitatem lu
minis. Nulli eīm phyloſophantiū audiui
m⁹ dixiſſe ponderoſa corꝑa inclinari vel

mouerí ad mediũ mundi arte vel artificio
Similiter neq; ignem cõburere ligna ar-
te vel artificio nature licet cõiter receptuȝ
ſit q̃ hoc faciat virtute nature ſue ſed hoc
eſt vt dixi ꝓpter longam diſtantiã atȝ diſ
ſimilitudinẽ ad artes ⁊ artificia. Creatori
aũt ꝓuidentia ſicut ⁊ virtute eiuſdẽ ꝑma-
ria omnia iſta fieri que nominaui tibi iaȝ
dubiũ eſſe non debet nec in partibus nec
in totis vt ꝑdixi. Fortaſſis autẽ nõ inten-
dit ſingularia in his niſi quis dicat eaȝ in
tendere ſingularia vaga. Nõ eñ videtur
intẽdere aranea hoc filũ determinare vel
hoc reticulũ. Iam autẽ audiuiſti alibi in-
tentionem meã de indiuiduo vago quali-
ter ſe habet in ipſo ſenſu ⁊ in ipſa ymagina
tione. Et hmõi exemplũ quoddã eſt in ho
mine qui videtur alonge veniens ſed ꝓ-
pter elongationem nõdũ ſcitur eẽ homo.
ſed ſcitur eſſe hoc animal veniens deinde
cũ appropinquauerit cognoſcitur eſſe iſte
homo veniens ⁊ nondũ ſocrates. Erit au
tẽ magis vagum ſi euſq; remotuȝ fuerit
vt nõ deꝑhendatur animal eẽ ſȝ hoc mo-
uens. magis etiam vagum ſi nec moueri
appareat. Tunc eñ nõ cognoſceretur eſſe
niſi hoc corꝑale. Ex hĩs igit̃ apparet tibi
quia denudatio a cõditionibus ꝑticulari
bus ⁊ circũueſtitio eorũ facit indiuiduum
vel vagum vel magis vagũ vel expreſſum
ac determinatiſſimũ iuxta modos huiuſ-
modi exemplorum.

Q Uia vero ſermones phyloſophe
rũ de animabus animaliũ nõ ra
tionabiliũ fuerunt eas apprehen
dere vniuerſalia non poſſe ⁊ dixerũt hoc
eẽ ꝓpriũ animarũ rationabiliũ ⁊ ſubſtan
tiarũ intelligentiũ. Nõ videtur ſm eos q̃
in animab⁹ animaliũ ſimiliter artificib⁹
operationũ ſint ymaginatiões vel alie im
preſſiones vniuerſaliuȝ neq; q̃ poſſibilis
ſit eis abſtractio circũueſtitionib⁹ indiui-
duantibus vſq;quaq;. Quapropter diffi-
cile erit eis determinare vtrũ aranea yma
ginet̃ muſci cũ ipſam non viderit vel qua
liter ymaginet̃ eaȝ ſi vniuerſaliter eaȝ ap-
ꝑhendere non poſſet ſm eos. Si vo indi
uidualiter aut ſingulariter ymaginatur q̃
cõditione vel circũueſtitione illam indiui
duet difficile poſſe videri videtur cum ipſe
ꝯditiones ꝑmo indiuidualiter neceſſario
appꝑhendatur Fiet autẽ euidentius qđ di
co ꝑ exempla. Si eñ ymaginatur aranea
muſcã caſuram volatu in telam ſuam iſte
conditiones oẽs cõmunes ſunt ⁊ plurib⁹
cõmunicabiles. Nõ indiuiduãt igr̃ muſcã
⁊ vt breuius dicam ꝑ has ꝯditiones nõ ẽ
deſcendere ad hanc. Qualiter igr̃ deſcen-
det aranea ad quãcũq;. Q̃ ſi nõ deſcẽdit
ad hãc aliquã ſtabit igit̃ eius ymaginatio
ſiue appꝑhenſio alia in ꝯmuni ſiue in gene
rali. Nõ erit igit̃ ꝓpa ſubſtantiarũ intelli
gentiũ appꝑhenſio ꝯmunionũ ſiue vniuer
ſaliũ. Amp̃. De artificibus q̄ non ſunt
apud nos nullus dicit ſe edificare hãc do
mũ indeterminate ſed potius quandam
domũ. Similiter neq; textor aliq̃s ducit
ſe texere hunc pannũ ſed quendã pannũ
Nec aliq̃s ex fabris dicit ſe fabricare hũc
gladiũ ſed quendaȝ gladium. Multo mi-
nus igitur in animalibus ratione carenti-
bus erit poſſibile hanc indiuiduationem
ſeu determinationẽ eſſe. Amp̃. cũ ani-
me rationales multo nobiliores ⁊ fortio-
res ſint in appꝑhẽdendo q̃ȝ anime quomõ
extendent ſe in appꝑhenſionẽ ſingulariuȝ
vires appꝑhenſiue earum et vires appꝑhen
ſiue animarũ rationabiliũ erũt adeo bre-
ues ⁊ decurtate vt in ſuis artificijs vſq; ad
particularia ⁊ vaga ſimiliter idiuidua nõ
attingant. Si quis autẽ dixerit q̃a aranee
operant̃ quẽadmodũ aliquis artifex opa
retur cecus vel clauſis oculis nec ſic etiam
abſoluit ſe a nodo queſtionis iſtius quo-
niã q̄ ſic operatur quoniã et ſi clauſos ha-
beat oculos vel oĩno obſcuratos aper-
tam tamẽ habet atȝ reuelatam ymagina-
tionẽ in ipſm ſenſum cõmunem interioreȝ
Difficile autẽ ẽ inuenire exemplũ diſſimi-
litudinis ymaginationis ⁊ intentiõis hu-
iuſmõi animaliũ in opibus ſuis apđ nos
⁊ hoc ẽ q̃ñ ipſa intendũt ab intus ⁊ ymagi
nãtur inſup. Nos aũt aforis ⁊ deorſũ i ar
tificijs que apud nos ſunt. Et iam dixi ti-
bi in plurib⁹ capitulis et tractatib⁹ ſciẽtie
iſtius quia lumina que deſurſũ deſcẽdũt
⁊ longius ⁊ latius ſe extendunt q̃ȝ que de
orſum ⁊ a rebus animalib⁹ nr̃is in aiab⁹
animaliũ irrationabiliũ adueniũt ꝓpter
quod ⁊ menſurãtur ⁊ numerãtur ſcđm res
Unius eñ vna ẽ viſio ⁊ vnius ſoni vna ẽ
auditio ⁊ duorũ due ⁊ ita ſe habȝ de alijs
et hoc eſt quoniã omnia hec ad modum
paſſionũ ſunt a rebus agentib⁹ ĩ animas
appꝑhenſiuas ⁊ ad modũ reſultationũ a-
formis rerũ ſenſibiliũ i ſpeculis anime vo
appꝑhenſiue ⁊ receptibiles hmõi paſſionũ
efficit ſpecula hmõi reſultationuȝ. Uiſus

ꝟo ⁊ auditus habitus naturalis et ceteri
hmõi habitꝰ amplioꝛes ſunt atꝫ latioꝛes
licet impfecti actu naturaliter ⁊ indigenti
bus paſſionibus ⁊ reſultantijs quas di-
ximꝰ. Sic ſe hꝫ et de luminibus que noia
ui tibi ⁊ quanto ampliꝰ aſcẽderis ⁊ cogi-
tatu ⁊ conſideratiõe tanto amplius eam
īuenies dilatari donec ꝑuenias ad puriſ-
ſimū lumen vicꝫ lumen luminū qd̓ ē crea
toꝛ ſapientiſſimꝰ. Cuiꝰ luminoſitas eſt in
vltimitate latitudinis ſeu hꝫ ſanctus ⁊ au
tenticus ſermo vicꝫ qm̄ ſapīa attingit a fi-
ne vſqꝫ ad finē foꝛtiter ⁊ diſponit oīa ſua-
uiter. Hinc eſt ꝙ ſplendoꝛes ꝓphetici ꝑ-
ut poſſibile ē mutātes illud lumē ſcꝫ lumi
num non ſolum in latu ampliſſime diſcē-
duntur ſed etiā in longuꝫ ꝓpter qd̓ ipſi ꝓ
phete non ſolum ꝑ̄ma vident in ſplēdoꝛi-
bus iſtis ſed etiā nouiſſima. Apparet igit̃
tibi per hec iſta lumina naturalia nō im-
merito eē extēſioꝛa appͥhenſionibꝰ noſtrꝭ
que affoꝛis inueniunt ⁊ ꝓpter hoc neceſſe
eſt vt res pꝛecedāt appꝛehenſiones hmõi
tanq̄ꝫ cauſe earū. Splendoꝛes ꝟo ꝓpheti
ci ⁊ iſta lumina ſicut a rebus nō ſunt Sic
nec exigunt exiſtentiā rerum p̄cedere ſe ꝓ
pter hoc ⁊ non exiſtētia anteq̄ꝫ ſint exten
dunt. Ideo ⁊ ſplēdoꝛes ꝓphetici ꝓphe-
tis oñdunt pꝛeterita que iā nō ſunt ⁊ futu
ra que nondū ſunt Sic ⁊ iſta lumina aq-
lis ⁊ ceruis oñdunt ſuas renouatiões an
teq̄ꝫ ſint ⁊ cauſas earū ⁊ modum opatio
nis quo eas faciant aut ꝓcurent. Simil'r
⁊ araneis reciacula que non ſunt et foꝛte
muſcas que nondū ſunt ⁊ cauſas eaꝝ in
reciacula anteq̄ꝫ ſint. Q̇ꝺ ſi quis dixerit ꝙ
nec araneas nec hmõi aīalia ſcire vel vi-
dere que operant̃ vel vtilitates operum.
tunc magꝭ accedit ad vt concedat ea non
ſua ſed aliena ꝓuidētia operari. ⁊ tandeꝫ
deueniet ſermo iſte adhuc vt ꝓcedat oīa
opera hmõi fieri per ꝓuidentiā creatoꝛis
ſicut pꝛedixi tibi. Seqtur etiā hoc vt dicat
araneas alieno inſtinctu comedere mu-
ſcas q̄s capiunt. Et hoc ipm̄ habebit nce
eſſe poꝛcꝭ ⁊ omni generi animaliū qd̓ nō
inſtinctu ꝓpꝛie nature aut famis cōme-
dunt ſed alieno inſtinctu vt qd em̄ potiuſ
faciunt opationes hmõi alieno inſtinctu
et nō illas vicꝫ comedere ⁊ bibere q̄ finis
hoꝝ ſunt ⁊ vtilitas. Amp̄. qcquid p̄t
in finem et in viā et quicqd in extremū et
in mediū naturaliter Quia igr̃ iſte opera
tiones filare texere reciacula inſidiari ara
neas capere eas media ſunt ⁊ vie natura
lis ad comeſtionē earū et ad acquiſitionē
nutrimēti ex eis ſimil'r ⁊ media naturalia
ſicut ad illa Illa ꝟo extrema ad hoc oꝛdi
natiõe naturali ⁊ aranee naturaliter poſ
ſunt in finē vel extrema potuerunt multo
amplius in vias et media. Amp̄. hoc
eſt dicere ꝙ aliqs poteſt naturaliter in co
medere ꝙ nō eſt naturaliter niſi ꝑ maſti-
care et non p̄t naturaliter maſticari. Silr
ꝙ aliquid pōt naturaliter nutriri cibo et
non poteſt coquere vel dirigere cibū. Ui-
des igr̃ per me in hijs nō nullas vias ex-
ercitatiõis ingenij cui ꝙ ſi melius videre
dederit tibi deus in hijs gaudere ⁊ vellē
fieri mihi.

Emotibus ꝟo naturalibus q ſūt
d a medio et quidā addunt tercium
vicꝫ circularē qui eſt circa medium
quāq̄ꝫ hoc impꝛobabile merito valde vi-
deatur Arꝭ. et ſequacibus eius. Simil'r ⁊
de inclinatiõibꝰ ex quibus ſunt hmõi mo
tus. Iam dixi tibi quia neqꝫ motus ꝑ ſci-
entiam fiunt eoꝝ que mouent̃ ſic neqꝫ ꝑ
ꝓuidentiā. Neqꝫ areſtoteles voluit noia
re ꝑ̄ncipia motuū iſtoꝝ artes vel artificia
per aīas vel vitas ſed quaſi vitas ⁊ cauſa
in hoc fuit ſicut pꝛedixi tibi diſtantia ⁊ elō
gatio ab hijs quibꝰ hmõi nominatiões
recta ac vera nominatiõe congruūt. Iaꝫ
igitur apparet tibi ex hijs que p̄ceſſerunt
ꝓuidentiā diuinā attingere a ꝑ̄mis crea-
tis vſqꝫ ad minima. et intelligo hoc d̓ ſub
ſtantijs ⁊ tā de partibꝰ q̄ꝫ de totis coꝛpo
reis ſubſtantijs. ⁊ quia nō eſt incōueniēs
vel indignū ſapientia ⁊ bonitate creatoꝛꝭ
ea curare. poſtq̄ꝫ ſunt que curauit cū non
eſſent et eouſqꝫ curauit vt ea eſſe faceret
quia mõis omnibus decet eius ſapientiā
⁊ bonitatē ea deducere ad fines hmõi et
vtilitates qbus ea aptauit et oꝛdinauit ſi
ue ſint nobis noti ſiue ignoti hoc autē eſt
ſicut p̄dixi tibi indubitāter regere vicꝫ cō-
ſeruare et deducere ad fineꝫ vel vſum ad
quem res ē. Q̇ꝺ ſi quiſierit qs qualiter cu-
rat muſculas q̄s yrundines tā ſtudioſe ve
nantur Cū nec videat̃ eas conſeruare qn
potius videtur eas expoſuiſſe deuoratoi
yrundinū. Qualiter etiā videt̃ deducere
ad finem ad quē ſunt ⁊ an eſt alius finis
earū q̄ꝫ nutrimentū ſeu ſuſtentatio yrun-
dinum Rñdeo in hoc quia reuera hic eſt
vnꝰ finis et vna vtilitas muſculaꝝ hmõi
⁊ ad hunc finem vel vtilitatē deducit eas

creato: p naturam ipaꝝ vrūdinū quā crea
uit eſui earū nutribilē ſeu ſuſtētabilē. qb⁹
et dedit lūmē naturale de p̄dictis lumib⁹
quo becillo mō cognoſcant ⁊ etiā ipas ca
pere ſciāt quēadmodū ⁊ comedere. Conſ
uat igr̄ eas creato: vſq3 ad vſū bmōi quā
q̄3 ⁊ alie vtilitates ſint ⁊ alij vſus quos au
dies i ſequētib⁹. Nec ē incōueniēs quedā
animalia i eſū ⁊ ſuſtētationē alioꝝ creato
rē creaſſe vel etia3 i alios vſus multiplices
Sicut apparet de equis ⁊ aſinis et mulis
qui non comeduntur ab hominib⁹ com-
muniter. boum vero et ouium ⁊ capꝛarū
alie ſunt vtilitates multe quibus adiuuā-
tur homines q̄3 eſus ⁊ nutrimētu3 ⁊ vt eui
dentio: tibi fiat dei pꝛouidētia in omnib⁹
narrabo tibi et numerabo generales vtili
tates creaturarum. Prima igitur genera-
lis eſt bonu3 quod ē vel quod habet vna
queq3 ſiue illud ſit eſſe ſiue aliud ſiue alia
ſiue eē cū alio aut cū alijs. Gratuita nāq3
bonitas creatoꝛis nō intēdit ꝓdeſſe ſibi in
creādo res in dādo eis eē vel bona alia ſ3
ꝓdeſſe reb⁹ iſtis ⁊ hec ē ſp intētio gratuite
bonitatis vic3 hmōi rectitudinis vt nec re
curuet eā dato: i ſe intendēs ſc3 ſibipi hoc
ē in ꝓpriū bonū vel hono:ē vel comodu3
vel gloꝛiā vl' voluptatē vel aliqd ad hmōi
neq3 deflectēs eā ab hmōi rectitudine vel
in nocumentū inimicoꝛū vel i pfectū ami
coꝝ ſuoꝝ vic3 q: ſui ſūt. Hec enī ꝯſideratio
vic3 q ſui ſūt declinatio ē a rectitudie gra
tuitat' ⁊ h3 aliqd recuruatiōis p̄dicte. Se
cūda cauſa ē creatiōis i qbuſdā ē vtilitas
aliena ⁊ hoc accidit i multis generib⁹ reꝝ
Quedā ei ſūt nata eē p ſe ⁊ inſup eē vtiles
alijs. ſic ia3 ſuperi⁹ multotiēs audiuiſti de
vegetabilib⁹ ⁊ animalib⁹ irrationabilib⁹
q nata videt̄ eē vtriq3 vtilitati ⁊ vſui ho-
minū. Alia vo ſūt nō nata eē p ſe vt ptes
⁊ mēbꝛa animaliū quēadmodū ocul⁹ nō
natus eē p ſe ⁊ pes ⁊ man⁹ ſūt. S3 i toto ſi
militer ⁊ toti. Similiter os ⁊ nerui et caro
in animalib⁹ nō ſūt nata eē p ſe ſed i aīali
bus tn̄ nata ſūt eē ⁊ vtilitati totalitatis eo
rū. Quapꝛopt̄ finis qdā ⁊ vtilitas creatio
nis eoꝝ videt̄ eē vtilitas totalitat' aīaliū
quoꝝ ptes ⁊ in qb⁹ ſolūmō nata ſūt eē et
hic non itelligo niſi vtilitates naturales.
Sūt ei ⁊ alie vtilitates ſublimioꝛes at3 no
biliores ⁊ hec ſūt qbus adiuuat̄ v̄tutes ⁊
cōpoſitio moꝝ i hoībus ⁊ ea bona gratia
rū at3 v̄tutū qb⁹ ꝑennis ⁊ futura felicitas
obtinet̄ ⁊ hec oīm vtilitatū nr̄arū vltia at3
pfectiſſima vtilitas. Ex qbus manifeſtū ē
tibi q: v̄tutes ⁊ dona grārū vtilioꝛa ſūt oī
bus alijs qm̄ vtilitas iſtoꝛū ad quā ſcilicet
ſūt eē ⁊ quā intendit creato: ⁊ p̄ncipaliter
hoībus vtilitas ē vltra quā nihil querēdū
erit. Poſt hec v̄o ſm̄ gradū vtilitatis obti
nēt in oꝛdine iſto ea qbus iſta acq̄rūt̄ nu
triunt̄ adiuuāt̄ cōſ̄uant̄ adaugēt̄ ⁊ inter
hec p̄me ſūt bone diſpoſitiōes earū natu
rales ſiue bonitas ꝯplexiōis ⁊ benignitas
naturalis ⁊ māſuetudo naturalis. Qui ei
iſtis p̄diti ſūt faciles ſūt recipe gratuitā ac
nobilē v̄tutē paciētie et ſancte dilectionis
nec nō ⁊ pacis at3 ſeueritat' coꝛdis cuius
cōtrariū ē turbulētia ⁊ inq̄etudo ⁊ d̄ hijs
oīb⁹ ſatiſfactū d3 eē tibi p ea q̄ audiuiſti
de v̄tutū tribus generibus hoc ē naturali
bus gratuitis ⁊ cōſuetudinalibus ⁊ eis q̄
circa ipas ſūt terciū locū obtineret in oꝛdi
ne iſto doctrina ſtudioſitas ⁊ diſciplina ⁊
ꝓpter hoc gens xpianoꝝ q̄ maxime place
re creatoꝛi nitit̄ ⁊ ſtudijs qb⁹ creatoꝛi pla-
ceat ⁊ ſumōpere iuigilat ſacris doctrinis
⁊ p̄dicatiōibus ſingulariter iſiſtere videt̄
cū alie gētes iſta negligāt euidenter. Nec
dubiū ē apud te de ſacris doctrinis ⁊ p̄di
catiōibus quātū incitēt ad cultū ⁊ honoꝛi
ficentiā creatoꝛis quātū illuminēt mentes
hoīm ad cognitionē ipius ⁊ eoꝝ q̄ aman
da q̄rēda tenēda ⁊ ſ̄uāda ſūt hoīb⁹. Silr̄
ad cognitionē eoꝝ q̄ eis fugiēda ſūt et di-
mittēda ⁊ etiā pſequēda. ⁊ oīno non igno
rās quāta ſit virtus doctrine ⁊ p̄dicatiōis
i immitādis coꝛdibus hominū ⁊ in auer-
tēdis eis ab omni erroꝛe ⁊ pꝛauitate et ab
oīnibus aduerſitatibus ⁊ cōtagijs merito
rū maxime cū grā creatoꝛis ⁊ loquētibus
⁊ audiētibus affuerit. Et tu ia3 didiciſti q:
reuerentia que puritate intentionis ſacre
doctrine et exhoꝛtationes ⁊ loquēde ⁊ au
diende ſūt et quō p irreuerentiā ⁊ impuri
tatē cōtrarias abſq3 fructu plurimū et au
diūtur et docētur. Studia v̄o que ſūt lecti
onū meditationū lectionū quidē in ſacris
libꝛis. Meditationē vniuſcuiq3 apud ſemet
ipm et p ſe ⁊ deliberationū ſeu circūſpecti
onū in eis que agunt̄ aut ſuſtinent̄. Qui-
dā enī impati ⁊ impꝛouiſi pariq3 circūſpe
cti pſiliūt ad opa que cōſultiſſime agēda
eſſent ⁊ incauti irruūt in pericula aduerſi
tatu3 pꝛius deiecti ⁊ letaliter vulnerati q̄3
de pugna deliberent q̄3 armis ſe accingāt
vel induant.

q Uia vero de diſciplina aliquantū

lũ diffuſio: ſermo habẽdus eſt ꝓpter hoc
quoniã minime cognoſcũt homines vtili
tates eorũ que ſunt diſcipline ꝓpter quod
ipſam tanq̃ noxiam fugiunt et cum dolo-
re et moleſtia ꝑ viribus illam plu
rimũq; ſuſtinent. Res igit̃ diſcipline ſunt
que timorẽ aut dolorem aut oppſſionẽ in
ferunt et que fomenta vicijs ſubtrahunt
aut eis concludũt vel acceſſum ad ea om̃i
no auferunt. Timoris autem vtilitates iã
alibi audiuiſti in capitulo de operibus et
mirabilibus ipſius et ꝑ ſe manifeſtũ eſt qa
timor fuga ſpiritualis ẽ et reſiliatio ab eo
qđ timetur. timor igitur bonus et ſanctus
ẽ quo fugitur ab om̃i qđ iram ꝓuocat cre
atoris. hoc ẽ ab om̃i inquinamẽto peccati
mortiferi. ꝓpter hũc igitur timorẽ incuciẽ
dũ mortalibus creator et ſtellas cometes
in celo gladioſq; igneos. et dracones fla-
meos creat et apparere facit ĩ ſublimi. Si
militer et portẽta in terra ⁊ in mari et mu-
las parere monſtra in hominibus etiã na
ſci vt infantulos multorũ capitũ. ꝓpt̃ qđ
et mõſtra dicũt̃. nõ ſolũ ꝓpter admirati-
onẽ nouitatis ea hoĩes ſibinuicẽ mõſtrãt
ſed quoniã iram dei monſtrãt in munere
mortalibus vt ſcʒ turbatio reꝝ ordine tur
batus hoĩbus creator appeat. Sũt ⁊ alia
innũera p̃ter illa que lex xpianorũ exp̃ſſe
cõtinet que ſcʒ futura ſũt in ſole et luna et
ſtellis ⁊ in alijs inter que etiã terre motus
enũerãtur vt ipſo tremore ſuo terra tremo-
rẽ hominib⁹ incuciat. ⁊ tremendũ eis ſua
deat ꝓpt̃ iminentẽ vindictã creatoꝝ. Qua
propter manifeſtum ẽ terre motũ fieri ꝑ ꝓ
uidentiã creatoꝝ ꝓpter tam euidentẽ vti
litatẽ que ex eo dʒ ꝓuenire hoĩbus morta
libus. et hec ſiue fiat ꝑ naturaʒ quã didici
ſti in libro metheororũ ſiue alias ꝑ volũta
tem creatoris ꝓpt̃ hãc cauſam lex hebreo
rũ data ẽ eis in tantis terroribus ignis ca
liginis et lampadaꝝ ignis diſcurrentium
clangoriſq; terrifici ſʒ ⁊ ipſam p̃ceſſerũt ter
ribilia facta in egypto. vt timerẽt a malo ĩ
obediẽtie. et a peſſimis ꝯſuetudinib⁹ egy
pti qbus nutriti erãt. ꝓpter qđ elegant̃ in
terp̃tatur doctrina xpianorũ hebreos fuiſ
ſe de egypto inſequẽtibus egypcijs ⁊ eos
fugãtibus vt eo ipſo intelligerẽt fugienduʒ
eis eẽ nõ ſolũ ab hominibus egypcijs. ſʒ
etiã ab egypcijs moribus ab execratiõe ſci
licet ydolatrie ⁊ a vicijs qbus illi ſe creato
ri abhominabiles ⁊ odibiles fecerant.

Amp. cũ diligentiorẽ ꝯſiderationẽ d ti
more feceris inuenies ipſm euidẽter ſuper
omnia alia dona dep̃mentẽ coꝝ humanũ
et ſubijcientẽ ei quẽ timet. cor inq̃ immo-
bile durũ atʒ ſeruile. ꝓpter qđ ſciens crea
tor rebellionẽ cordis gentis hebreorum ſe
eis timendũ atq; tremẽduʒ tot tantiſq; tre-
moribus legꝭ datione exhibuit vt eos ab
legis ſiue obediẽtia nõ tam incuruaret q̃ʒ
etiam frãgeret. Sciens enim illa ſicut ipſemet
creator dicit in lege eoꝝ gens dure ceruicꝭ
fuit. ⁊ ꝓpter hoc inclinationẽ volũtariam
nõ ſuſcipiẽs terroribꝰ horrificis terrẽda fu
it ab inicio. De bono doloris.

e A vero q̃ ſũt doloꝝ ſicut ſcis mor
tificant et extinguũt ꝯcupiſcẽtias
voluptatuʒ. deſideriaq; carnalia
ac ſecularia. ipſaſq; voluptates mortificãt
⁊ abradũt hominib⁹. Iã aũt noſti ex alijs
q̃ʒ noxia ſint hominibus voluptates hmõi
⁊ deſideria q: videlʒ captiuãt inebriãt de-
bilitãt diſſoluant excecant atq; dementãt
in om̃e genus inſanie aĩas humanas ſeu
hoĩes. Dolor igit̃ qui oĩa hec extinguit et
abradit ab eiſdem q̃ʒ ſalutaris ſit apparet
ex hijs. et q: reuera medicina ẽ iſtar abſin
thij vermes hmõi mortificãs ⁊ ẽ velut lixi
uia abhominãdi hmõi inqnamenta dilu
ens. ꝓpter hec igr̃ duo vicʒ mortificationẽ
iſtã ⁊ ablutionẽ abſinthio noĩata videtur
aqua tribulatiõis ĩ ſermonib⁹ ꝓphetarũ.
Sciendũ etiã tibi ẽ q ipſam auariciã atq;
ſupbiã radicit⁹ exterminat cũ geminibus
earũ ⁊ quẽadmodũ ignis lateres ⁊ oĩa alia
vaſa fictilia firmat atʒ fortificat ⁊ obdura
tiõe quodãmõ armat. nõ ſolũ ꝯtra aquã
ſʒ etiã cõtra ſe. lateres ei excocti nec igneʒ
timẽt nec aquã. Sic dolor p̃ſentiũ tribula
tionũ aĩas hũanas armat atʒ fortificat. et
velut armaturã quãdã eis pacientiã opat̃
et p̃ſtat. et hoc exp̃ſſe legit̃ ĩ vtraq; lege he
breoꝝ ſcʒ ⁊ xpianoꝝ. ⁊ in lege qdẽ hebreo
rũ dixit ipſe legiſdator ad gentẽ illã excoxi
te ĩ camino paupta tꝭ. In lege vͦ xpianoꝝ
legit̃. Tribulatio paciẽtiã opatur. aĩas etiã
am hũanas mirabiliter adiuuat ⁊ illumi
nat ad ſapiẽtiã. Ipſe vͦ ſapiẽtiſſim⁹ hebre
orũ ⁊ rex gentꝭ illi⁹ dixit ĩ quodã ex libris
ſuis. qa colligata ẽ ſtulticia ĩ corde pueri.
ſʒ vͣga diſcipline fugabit eã. Et in codeʒ li
bro. Uirga ac correctio tribuũt ſapiẽtiam
Ali⁹ etiã ex ſapiẽtib⁹ antiqs dixit. qa ſapi
entia nõ inuenitur in terra ſuauiter viuen
tiũ. Et ex phis archita carẽtin⁹ exp̃ſſe dixit
Ubi dñatur libido nullũ eſſe locũ tempe

rantie ⁊ i regno voluptatꝫ ṽtutē nō poſſe
ꝯſiſtere. Quare nec ſapiētiā cū ſapiētia ve
ri nois ṽtus ſit plus ꝙ̄ ars ſicut dicꝫ ariſtotꝫ
de metaphyſica ipa. Attēde igr̄ iſtas vtili
tates doloꝝ ⁊ auerte q꞉ eas nouit creator
⁊ q꞉ ē bonitas creatorꝫ vt diligat aīas no
ſtras. ⁊ ꝓpter hoc neceſſe ē vt eis ꝓuideat
bona tā ſalutaria. qb⁹ a tātis malis libe
rant̄ atꝫ purificant̄. Amp. cū oia nūera
ta mala a qbus ꝑ dolores ꝑ̄dictos ē libe
ratio animab⁹ morbi ſint vulnera fedita
tes deformitates ⁊ inqnamēta abhomia
bilia aiaꝝ. ⁊ alia multiplicit̄ noxia aiab⁹
nr̄is ⁊ ledētia illas. Cū nemo itelligēs du
bitet creatorē amare ⁊ velle ſanitatē. mun
diciā pulchritudinē ⁊ fortitudinē. ceteraſ
q꞉ ꝑfectiōes aiaꝝ nr̄arū qualiter dubitari
poterit hec bōa eū nō ꝓuidere aiab⁹ nr̄is
qbus adeo efficacit̄ adiuuāt̄ ad obtinen
dū ꝑ̄noiatas ꝑfectiōes q̄s nō diligere in
eis nō ē poſſibile creatorē. Amp. ſi vi
des egrū multipliciū egritudinū incōmo
dis laborātē ⁊ videris ei exhiberi medici
nā ſalutarē ꝯtra oia illa. cū ipe nec de ſani
tate ſua cogitet. nec aliqd ſibi medicatio
nis ꝓcurat aut ꝯquirat. dubitabilis ne al
teri⁹ bonitate ⁊ ſapientia medicinā hmōi
eidē ꝑ̄ſtari. De illis ṽo q dolores inferūt
⁊ mederi paciētib⁹ nō intendūt. Mani
feſtū ē q꞉ eoꝝ ꝓuidētia medicina vt medi
cina nō ꝑ̄ſtat̄ hmōi. qm̄ nec intētiōe eorū
ē vt ſanēt vel ꝓſint alias ſꝫ magꝫ vt ledāt
⁊ noceāt niſi forte ſint eruditores atq꞉ do
ctores. Qꝫ ſi ymaginari volueris vniuerſi
tatē hoim ꝑ̄noiatis tibi egritudinibus la
borare ⁊ attēdēs creatorē iugit̄ ītueri mor
bos ſiue egritudines hmōi i genere hūa
no. Cōſideraueriſq꞉ diuitias pietatꝫ ipi⁹
nō aſcēdet vllo mōꝝ in cor tuū ipm negli
gere tantā plagā i genere hūano ⁊ relinq̄
re irremediatā ſeu īmoderatā. Quia igit̄
optimi ⁊ ſapiētiſſimi medicātis ē ea ſꝑ me
dicādis adhibere remedia. q̄ ſaluberrima
eē ꝯſpicit ⁊ ad curādas egritudines effica
ciſſima. ꝑ̄noiatos ṽo dolores videt crea
tor hñdict⁹ adeo ṽtuoſos ad curāda ꝑ̄di
cta incōmoda. adeo ſalutares egro hmōi
neceſſe ē vt eos eidē adhiberi ꝑ ipm. Ma
nifeſtū igr̄ ē iaꝫ ex hoc dolores tribulatio
nū q̄ in hominibus ſunt eē in eiſdem ꝑ cu
ram et prouidentiam creatoris.

Q Uod ſi dixerit quis qa iſta eueni
unt hominibus ab ipis vel in ſe ꝑ
ſemetipos vl̄ ab alijs in alios ver
bi gratia. Egritudo interdū ex crapula in
terdū ex ebrietate. interdū ex cibo vel po
tu non ſano. interdū ex eſtu vel frigore ni
mio. et alijs plurib⁹ modis. Ab alijs vero
in alios vt verbera et plage. carceres vin
cula damnificationes ꝑ fraudes dolos ra
pinas. Eodē mō ⁊ cōtumelie et que cōtu
meliarū ſunt hmōi igr̄ omnib⁹ non cauſa
eēndi vel adueniēdi nō videtur eē diuina
bonitas. quin potius humane iniqtates
atq꞉ malicie et ignorantie agentes eniꝫ ec
cleſie ſunt occaſionū ſuarū et paſſionis ef
fectus eſt illatio ꝯ actionis ꝓpter hoc igr̄
dixeriꝫ maiores ex ſapientibus xp̄ianoꝝ
quia reuera actiones hmōi hoc ē malas
q̄ſcūq꞉ atq꞉ ꝑuerſas nō cauſat directe bo
nitas creatoris. ſed ſuſtinet eas ſiue ꝑmit
tit ꝓpter bonitates et vtilitates paſſionuꝫ
et ꝓpter hoc ipas paſſiones cū cauſare di
xerūt quoniā eas ꝓuidet diligit approbat
vtpote tam multipliciter vtiles. ꝓpter hoc
igitur ſuſtinet actiones ꝑuerſas ſiue ꝑmit
tit. Et quoniam longo maiores ſunt ⁊ plu
res bonitates et vtilitates paſſionum. ele
git ꝓuidētia creatoris paucas ⁊ modicas
malicias atꝫ ꝑuerſitates vt inde mltoplꝫes
multoq꞉ maiores bonitates eliceret. ꝙ̄ il
las oino eſſe nō fineret. In hoc igr̄ et ſm
hoc a qbuſdā dict⁹ ē creator cauſa malaꝝ
atꝫ ꝑuerſarū actionū. ſꝗ꞉ et actores earum
creauit et vires eiuſdē dedit qbus abuten
tes eas faciūt licet nō ad hoc eas illis de
derit. Tu ṽo vides euidēter q꞉ nomie cau
ſe abutunt̄ et etiā cuꝫ dicūt a creatore eſſe
malas actiones abutunt̄ a ꝑ̄poſitiōe hac
ē ei hmōi ꝑ̄poſitio nota ſiue ſignū directe
originis ⁊ recte cauſationis. Cui⁹ exemplū
ꝯgruentiſſimū ē in rege iuſtiſſimo. ⁊ pręfe
cto eius iniquo ſiue ꝑ̄tore q occidit inocen
tē ſcienter inique. In hoc igr̄ exemplo ne
mo dicit hāc occiſionē innocētis eē a rege
vel ꝑ regem iuſtiſſimū. licet ꝑ̄toriana pote
ſtas ꝑ quā inique occiſus ē ab ipo rege ſit
hoc aūt ē qm̄ ⁊ ſi poteſtas ꝑ̄toriana a rege
ſit directe ⁊ ꝑ ſe occaſio tamē innocētis nō
ē ab illa directe ⁊ ꝑ ſe. qn potius ꝑ intorſi
onē ⁊ abuſionē ⁊ inflexionē in latus nō ei
deſcēdit pena directe a poteſtate niſi ꝑ iu
dicij rectitudinē ⁊ tūc ſꝑ nocentes ſolumō
vel q merito nocētes habēt̄ ſeu reputant̄
qđ dico ꝓpter ꝓbationes que interdū vel
falſe ſunt vt falſi teſtes vel falſa inſcientia.
Neutrorum tamen falſitas appet iudici.
Multociens etiā deeſt iuris ꝓbatio ⁊ ne

ceſſe hʒ iudex ex officio iudiciario cōdem
nare inocentē. Cui⁹ exemplū ē in debitore
qui reuera ſoluit mutuū ſed deficit ī pro
batione ſolutionis. Cōfitet̄ aūt ſe recepiſ
ſe mutuū ſtat ergo iudex merito cōfeſſio-
ni ei⁹ quā ꝯtra ſe facit cū ꝓbationē ſoluti-
onis nō adhibet. Ex hīis igit̄ manifeſta ē
tibi ꝙ male actiones atꝫ ꝑ ſe nō ꝓpe dici
poſſunt eē a creatore. Sicut neqꝫ innocen
tū ſupplicia aut falſa ſiue iniqua iudicia ꝑ
toris a rege iuſtiſſimo vel ꝑ ipſum eſſe. niſi
abuſiue imo niſi intollerabili abuſiōe ne-
mo diceret.

ſ J vero voluerisvtilitates dolorū
inuenire et numerare. quō dolor
et aqua tribulatōis vocat̄ ⁊ ignis
in ſanctis autenticiſqꝫ ſermonibus cōſide
ra actus et oꝑationes ignis naturalis ⁊ in
uenies ad ſimilitudinē ⁊ ꝓportionē earū
oꝑationes et vtilitates ſpirituales dolorꝝ
⁊ tribulationis in animabus humanis et
de hīis alibi plurima audiuiſti per me. Ex
hijs etiā ē manifeſtū tibi ꝙꝫ vtiles ſint ī ge
nere hūano q dolores inferūt ſiue ea ex q
bus dolores ſunt. quoniā tot vtilitatum ⁊
miniſtri et vaſa ſunt ſeu inſtrumēta. lʒ nō
intendentes et ſcientes hec faciant ⁊ inter
dū contraria intendētes. hoc eſt nocumē-
ta ſiue nocere. hinc eſt ꝙ cū vtilitates my
niſterij eorū ceſſauerint ꝓijcientur in locū
damnationis niſi interim reſipuerint et ꝑ
penitentiam fuerint emendati. Hmōi au
tem exemplum ē in virga quā erudito ad
plenū filio paterfamilias in ignem ꝓijcit
ꝓpter hoc dixit ſanctus et ſapiens ⁊ in gē
te xpianorū doctor clariſſim⁹. Quid glo-
riatur impius quia de illo flagellū mihi
facit pater meus. Si igitur nouiſti adhuc
creatoris pietatem immenſam erga gen⁹
humanū ⁊ diligēti ſcrutatiōe cōſideratio
nē in reb⁹ hūanis feceris. inuenies ipm pa
terna ſollicitudīe atꝫ dulcedine ſic erudire
totū genus humanū ꝑ malos queadmo-
dum pater vnus vnicū filiū alijs etiā ma-
lis que non ſunt ꝑ malos. queadmodum
ſunt mors et peſtes fames atꝫ ſterilitates
innumeras vtilitates preſtat bonitas cre-
atoris mortalibus et quoniā de hijs mul-
ta alibi dicta ſunt et alibi etiaꝫ dicenda vi
delicet in ꝑdicationib⁹ et exhortationib⁹.
Reuertar ad ꝓpoſitū et dicaꝫ qꝫ bonitas
creatoris et ſapientia cū nihil faciat aut fie
ri ꝑmittat ſine cauſa et inutiliter. Cuꝫ nec
ala vnius muſce ſit niſi ꝑ curā ⁊ ꝓuiden

tiā ipſius. Quāto fortius ea ex qbus tot ⁊ tā
te vtilitates nobis ꝓueniūt nō erunt niſi
ipſo faciēte vel fieri rationabiliter ꝑmittēte
⁊ etiā ordinante. Qꝫ ſi dixerit quis qa mul
tis nō ꝓſunt imo nocent mala hmōi. Jā
reſponſum ē tibi ſuꝑ hoc in ꝑcedētibus ꝑ
menſam cōuiue dapſilis qui nō ſoluꝫ ad
menſurā ſacietatis ꝯuiuantiū. ſʒ iuxta ma
gnificentiā largitatis ſue menſam ornat ⁊
ꝑparat. et addo alia hic ⁊ dico quia culpa
et defectus eorꝝ eſt q tam vtilibus auxilijs
vti vel noluerūt vel neſcierūt. quāqꝫ ⁊ hoc
nō facile concedendū ſit ꝙ videlicꝫ flagel
la hmōi nō ſemꝑ ꝓſint. Cū veriſimile val
de ſit filium ſub virga patris rebellantem
multo rebellantiorem ſibi fore dimiſſum.

Manifeſtuꝫ etiam eſt intelligentibus
ipſam mortem ad modū vtilem eſſe etiam
in malicijs ſuis pertinaciter ꝑſiſtentibus.
Cum euidenter hmōi hominibus expedi
at malefaciēdi amittere poteſtatem atꝫ li-
bertatem. queadmodū et furentib⁹ ⁊ furi
oſis ſe habet de amiſſiōe ſeu ablatōe gla
diorū. Omis eñ poteſtas abutentis ea in
perniciem ſuam et aliorū velut gladius ē
in manu furentis. Amplius. cum tot ⁊
tantis vtilitatibus indigeat genus huma
num. ſi malicia eorum ad eas reficiendas
nō ſufficeret eas indubitanter procuraret
bonitas creatoris. Nullo eñ modo rōi taꝫ
pernicioſum defectuꝫ in genere humano
ſuſtineret. Quid mirū igitur ſi ꝓuide imo
ſapientiſſime cauſas hmōi malorū in ho-
minibus eſſe ſuſtinet et permittit. Am
plius. ꝓpter hmōi vtilitates ſūt iuſtifica-
tiones iuditiales videlicꝫ mulctatiōes pe
cuniarie membrorū mutilatiōes latronū
ſuſpendia. omeſqꝫ cruciatus ꝑtoriales. vt
ipſi mali qui non iudicio ſed malicia quū
qꝫ mala que dixi inferunt hominib⁹ ne eo
uſqꝫ turbent ſuis inſolentijs res hūanas
vt non ſolū bene viuere ſed nec etiā viue-
re inter eos liceat compeſcātur. Jbi igitur
manifeſtū eſt ꝑnominatos dolores atqꝫ
mala ꝑ diuinam prouidentiā ꝓcurari ho
minibus. Cum omnes rectores ⁊ iudices
ꝓpter has vtilitates dari ab eodē manife
ſtum ſit hominibus. Non debet igit̄ eſſe
dubium alia mala dolorū ⁊ tribulationū
ſcꝫ diuina ꝓuidentia ꝑmitti et ordinari ꝑ
pter cauſas eaſdem. Amplius. Multa
de hmōi malis licet non ꝓſint pacientib⁹
ꝓſunt tamen alijs. Unius eñ pena male
fici multos deterret a ſimilibus. Amꝑ

Quis nõ videat q̃ ſi mũdus iſte non ha
beret niſi pacem atꝫ delicias inſeparabili
adherentia detineret in ſeipõ homines ⁊
a bonis futuris et virtutibus eouſqꝫ auer
teret. vt pauciſſimi vel has vel illa curarẽt
Uita igitur hũana et magnis et multipli
cibus reſpergenda fuit amaritudinibus ⁊
dolorib⁹. vt tm̃ malum tantaqꝫ noxietas
auerteretur ab hominib⁹ Quis enim ma
gis pernicioſum magiſqꝫ noxium huma
no generi cogitari pot. eo q̃ aufert ei bo
nuꝫ propter quod ſolum creatum eſt. bo
num ſcilicet felicitatis future. ⁊ malũ quo
nullũ maius eſt videlicet ſuppliciũ dãna
tionis eterne infert eideꝫ. Non immerito
igitur vite iſtius dulcedinẽ amaricari vel
le debuit creator hoĩb⁹ ne a bono ad qđ
eos creauerat illos auerteret et in malum
contrariũ eoſdem traheret. Quomõ igit̃
opinãdũ eſt dolores tam vtiles tãqꝫ ſalu
tares diuina ꝓuidẽtia vł ꝓcurãte vł ꝑmit
tente et ordinante non eſſe in hominibus

Probatur hoc idem per exempla.

P Onam autẽ tibi ad hec exempla
multa multo plura ꝑtermittẽs de
clinãs ꝓlixitatis tediũ et horũ ꝓ
mũ erit exemplum nutricis que tp̃e abla
tionis puer quẽ nutrit videns paruulum
dulcedine lact. adeo illectũ. vt ab eo ſe ſe
pari ſe nõ patiat̃. nec ad ſolidiorẽ aut cõ
gruentiorẽ ſibi cibum inclinari velle. ſum
mitates papillarũ aliqua aſpgit amaritu
dine quã puul⁹ ſentiens in papillis ſponte
eaꝫ reſpuit ⁊ etiã refugit ⁊ ad menſam pa
tris inhyat et poſtmoduꝫ comedit. Quid
igr̃ mirũ ſi toti⁹ generis hũani creator nu
triti⁹ et nutritor a lacte nõ dico puericie ſꝫ
puerilitatis humane que turpiſſima ac ꝑ
nicioſiſſima ẽ ſepare nolẽs ⁊ ad menſã fu
turarũ ſpũaliũ epularũ que in celo glorie
ſue parata ẽ inhyare volens homines at
qꝫ aſpirare. amaritudinib⁹ multiplicibus
aſpgit carnales ac ſeculares dulcedines q̃
rũ falſitaꝫ atqꝫ fallacia adeo noxia adeo
qꝫ ꝑnicioſa eſt hominib⁹. vt et a mẽſa illa
delicijs in excogitabilib⁹ refertiſſima om̃i
no auertat hoĩes ⁊ in ſeipis eoſdeꝫ inebri
et et dementet. Res inſup hũanas bellis
litib⁹ om̃iqꝫ inordinatiõe atꝫ ingetudine
deturpet ꝯfundat atꝫ perturbet. Aliud exẽ
plũ hmõi rei ẽ paterfamilias q videns fi
liũ i loco periculoſo arrepto flagello ipm̃
crebro percutiẽs illũ afterret inde et diffu
gat. de quo dubitare nõ potes. qꝫ ſi multi
tudinẽ magnãꝫ haberet filiorꝫ diſpſam ĩ
multꝫ loci periculoſis. q̃n multiplicaret fla
gella ⁊ flagellationes ad idipm̃ faciendũ
multitudini filiorũ q̃ faceret vnico. Cũ igi
tur vniuerſitas hoĩm ſicut multitudo ſic fi
liorꝫ aliquo genere filiationis. Quid mirũ
ſi creator benigniſſim⁹ cui manifeſtiſſima
ſunt oĩa pericula omniaqꝫ noxia habita
tionis iſti⁹. et moram que per amoreꝫ no
xia ẽ hominib⁹. qđ inqꝫ mirũ ſi multipli
cat. flagellis atꝫ dolorib⁹ eos nec huic ha
bitationi ſiue mundo hereant abſterret ⁊
diffugat. Ut ſi dixerit qs deũ nec habere
nec reputare hoĩes filios ſuos vllo mo
dorũ filiationis. quãqꝫ in parte iſta ipius
creatoris oraculis hoc ẽ ſermonib⁹ ꝓphe
ticis apte cõtradicat negare tamẽ non po
teſt quin ſaltem aut vt boues aut vt oues
aut in aliqua conditione ſeu comparatio
ne ſue poſſeſſionis eos habeat. Quis au
tem paterfamilias de ouibus ſuis aut bo
b⁹ ſi in periculoſo aliquo loco eos eẽ cõ
ſpiceret non ita faceret vt dixi. apparet igr̃
ex hoc ꝓuidentiam diuinam cauſam eſſe
dolorum ꝑſentium in hominibus. Terci
um exemplũ ẽ de vino fortiſſimo ⁊ inebri
antiſſimo cui ſimilime ſũt vite hmõi ꝑſen
tis carnales aut ſeculares voluptates. In
ebriant eñ vſqꝫ in brutalẽ deſipientiã ⁊ in
ſaniſſimã dementiã. Tribulatiões vero ⁊
dolores ꝯtrarie ſimilime ſunt aque q̃ntũ
ad virtutẽ repmendi maliciã vini hmõi et
obſiſtendi ne inebriet. Nemo autẽ intelli
gens ignorat omnes homines quoſdam
creatoris eſſe conuiuas vel ſaltem hoſpi
tes. quin potius manifeſtũ eſt etiaꝫ alum
nos eſſe quin omnes cibet ⁊ potet. Quis
autem paterfamilias conuiuis ſuis vinũ
tam noxium non temperet. Quis alum
nis ſuis quib⁹ curã alendi et ſumptis ali
mentorum impendit non ꝓuideat a mor
tifera pernicie. ſi eam eſſe cognouerit in a
limentis. Quis hoſpitibus ſuis a veneno
mortifero non caueat niſi maligniſſimus
ꝓditor. ⁊ querens mortem hoſpitum ſuo
rum. Nullum autem venenum pernicio
ſius eſt voluptatibus antedictis. imo ille
tanto pernicioſiores omni veneno peſtife
ro quanto vita beata futura quã hoĩbus
auferunt ẽ vita corpis quã ſolã venena ex
tinguũt preſtãtior. Quia igit̃ ꝑ aquas tri
bulationũ ⁊ dolorꝫ ſupradictas tãt. maſſa
luberrime occurrit̃ atꝫ picul. Nõ relinqt̃
tibi dubitatio. q̃n aque tribulationum et

doloꝝ hmői ꝑ ꝓuidentiā ⁊ bonitatē crea
toris admiſceat̄ p̄ſentib⁹ delicijs. Ut aūt
finē faciā ratiocinatōis iſtius. Dico q꞉ nec
de minimo bono quocūqꝫ dubitare ꝑmit
titur ꝗ bō ē nō noīe tm̄ ſꝫ re et noīe. qn ipꝫ
ſit a creatore. quēadmoduꝫ ſi nō eēt fons
luminis nec eē poſſet p̄ter ſolē ꝗ hoc noſſꝫ
nō dubitaret de quocūqꝫ lumine vel quā
tocunqꝫ qn ip̄m eēt a ſole. Quia igit̄ iam
declaratū ē tibi in p̄ma ꝑte magiſterij hu-
iuſmodi. nec eſſe nec poſſe eſſe fontē boni
vel bonitat̄ p̄ter creatorē. Manifeſtū
factū ē tibi non poſſe eē aliq̄d boni vel bo
nitatis niſi ab ip̄o. Declaratū etiā ē tibi in
p̄cedentib⁹. tribulatiōes ⁊ dolores hmői
nō ſolū bona eē ſꝫ etiā valde bona. Tam
magna ꝟo bona creatorē negligere qs ni
ſi hō ſine intellectu cogitet. negligere autē
intelligo vt curet ea eſſe nec curet qualiter
aut quo fructu. Sūt et alia innūera exem
pla hmői innumerabiliū vtilitatum ⁊ fru
ctuū doloꝝ et tribulationū hmői. que ali
bi et maxime in exhortationibus ſacris ⁊
dicende ⁊ exponēde ſunt. Si qs ꝟo dixe-
rit quia reuera ꝯmunitati hoīm ⁊ cōſulit̄
⁊ ꝓuidetur innūeris vtilitatib⁹ ⁊ fructib⁹
ꝑ hec. et q꞉ creator gerit indubitāter curaꝫ
vniuerſitat̄ nō aūt ſinguloꝝ. Rn̄dendū ē
hoī illi q꞉ ī reb⁹ naturalib⁹ ſinguloꝝ euidē
ter appet cura creator̄ ⁊ ꝓuidētia ip̄ius vi
delicet in ꝯpoſitiōe formatione nūeroſita
te ⁊ colligatiōe mēbroꝝ atꝫ ꝑfectiōe. Nul
la ei ē natura n̄ l̄a virt⁹ alia cui poſſibil̄ ſit
fabricatio hūani corꝑis. ⁊ de natura q̄deꝫ
corꝑali dubitationē nō hꝫ de natura vero
ſp̄uali breui ꝯſideratiōe id ip̄m videre p̄t
qm̄ illa nō oꝑat̄ inſtrumētis cū illa nō ha
beat ſꝫ ymaginādo ſiue itelligēdo tm̄ ⁊ vo
lēdo ſiue imperādo. Nō recipit aūt intelle
ctus rationalis vt eſſe ſubſit volūtati aut
imperio alicui⁹ q̄ꝫ creatoris. Similiter ne
qꝫ ꝙ forme corꝑales ⁊ maxime corꝑm aīa
liū ſubſint niſi ſoli imperio creatoris. qm̄
ꝙ nō p̄t naturalit̄ impare eē multo min⁹
nō p̄t imꝑare ſic eē aut tale eē. Mani-
feſtū igr̄ ē ꝑ hoc ſolā ꝟtutē creatoris poſſe
fabricare ⁊ formare corꝑa hūana. ⁊ etiam
alioꝝ animaliū ex quo manifeſtū etiam ē
ꝯſequēter ⁊ ip̄am nutritionē vitā ⁊ ꝯſerua
tionē totā qꝫ reliquā gubernatiōes ad cre
ator̄ ꝓuidentiā ꝑtinere. Nō ei minus ē
mirabile nutrimētū et crementū corporeū
aīaliū atqꝫ vegetabiliū nec mīori difficul-
tate inuētū aut poti⁹ eſtimatū q̄ꝫ genera-
tio ⁊ fabricatio ip̄oꝝ Quis eniꝫ admirari
ſufficiat tā ſtudioſe tā q꞉ diligēter decoqui
nutrimentū tā crebra excolatiōe depura-
ri tanta fidelitate vt ita dicat̄ diſtribui ſin
gulis mēbris ⁊ ꝑtib⁹ ꝓut vnicuiqꝫ op⁹ eſt
⁊ ꝯuenit ⁊ ꝓut etiā iuſtū eſt. q̄ arte ariſme
trica nūerari poſſent nutrimētoꝝ ⁊ nutri-
toꝝ ꝑticule q̄ geometria diuidi menſurari
⁊ cōmēſurari mēbris ⁊ alijs ꝑtib⁹ atꝫ ap-
tari neceſſitatib⁹ ⁊ indigentijs earū. nulla
ei cōqueri p̄t ꝙ min⁹ iuſte aut plus recipi
at q̄ntū ē ī virtute nutritiua et nutrimenti
diſtributiua. niſi cū ei aut plus debito aut
min⁹ ei de nutrimēto traditū fuerit aut ei-
dē ꝟtuti inobediēs. In hijs aūt trib⁹ caſi-
b⁹ culpa ē tm̄ ſuꝑioris diſpēſatoris quēad
modū cuꝫ aliq̄s vel plus iuſte onerat ſto
machū. vel minus cibi q̄ꝫ nature ſufficiat
infert in illū. vel cibū quē decoquere et de
purare ſtomachi virtus nō ſufficit nō cul-
pa ē ſtomachi quicq̄d viciationis aut cor
ruptionis ex hijs accidit nutrimēto vel cor
pori nutriēdo. ſed vt p̄dixi culpa eſt male
diſpēſantis ip̄i ſtomacho ſꝫ nec in hijs ceſ
ſat ꝓuidētia aut bonitas creatoris ꝗ egri-
tudines et dolores exinde ꝓueniētes taꝫ
multipliciter efficit fructuoſas vt audiuiſti
Appet igitur euidenter ex hijs tibi quia in
corꝑibus animaliū et partibus eorū que-
cunqꝫ naturaliter fiunt ꝑ diuinam ꝓuidē
tiam et bonitatē vel fiunt et ordinātur. vt
exinde multiplices vtilitates ꝓueniāt et ſi
cut non eſt pilus in veſte tua qui locū con
uenientē in ea non teneat. licet ꝓpter par-
uitatē ſuam ⁊ vtilitatis ip̄ius paruitatem
hoc ſenſus ꝑficere non ſufficiat. Ita et de
omnibus vniuſcuiuſqꝫ totius particul̄ cu-
iuſcunqꝫ generis totū ip̄m ſic ſe habet. Iā
em̄ declaratū ē in tractatibus de ꝯtinuo ⁊
infinito quia om̄e aggregatum ex cōtinu
is id ē ex ꝑtibus quoꝝ vnaqueqꝫ ꝯtinua ē
ip̄m ꝟo totū diſgregatū aggregatū eſt de
neceſſitate ex finitis. Quapropter oīs pan
nus cuiuſcūqꝫ magnitudis ſit ex finitis pi
lis ē ⁊ oīs aceruus arene ex finit̄ lapidib⁹
⁊ ſi vn⁹ pilus detraheret̄ panno detrahe-
ret̄ aliq̄d de totalitate ip̄ius. ⁊ ꝓs certe ac
determinate in ſe cōꝑatiōis ad totū pan-
nū licꝫ neqꝫ compationē hmői neqꝫ detra
ctionē ſenſus ꝑcipiat lūioſitas ꝟo ſapien-
tie creator̄ oīa hec ⁊ ſilia mēſurat atqꝫ di
nūerat neqꝫ em̄ ſine cauſa dixit ſanct⁹ ⁊ ſa
piens loquens ad ip̄m omnia in numero
pondere et menſura diſpoſuiſti.

Post hec aũt veniã ad ea que sunt
p oppſſionis ꝛ ſubſtractionis mate
rie maloꝝ ꝛ ꝓhibitiua acceſſus ad
ipſam hoc ẽ q̃ ꝓhibet homies abſcedere a
malo ꝛ ecõuerſo. Dico igr̃ q꞉ oppſſio ipſa
intẽtione ꝛ noiatiõe ſua hꝫ vtilitates mul
tas ſpũales q̃rũ pma ẽ circa inigſſimã ele-
uationẽ ſupbie quã ꝛ imminentẽ ſanat et
circa iminentẽ pſuat. Secũda vtilitas ei⁹
ẽ circa incõſtantiã leueq꞉ nobilitatẽ qbus
qdã ex hoibus adeo exagitantˀ vt nec in
vno loco corpaliter nec in vno ſtatu ſpũa
liter pſiſtere poſſint et pme vtilitatis exem
plũ ẽ cõpreſſio pelliũ inflatarũ. Silr̃ et fol
liũ fabriliũ ꝛ omia alia q̃ cõpreſſiõe detu-
meſcũt. Euidẽs aũt exemplũ ẽ in buffoni-
bus q generãtˀ in anguſtiis fixuris petraꝝ
q intumeſcere nõ poſſunt donec inde exe
ant. Secũde vtilitatis exemplũ eſt in leui
bus tecturis domoꝝ q̃ lapidibus onerãtˀ
ne a vẽto auferantˀ. Similiter ꝛ oĩa illa q
bus ponderoſa ſupponũtˀ ne vel flatu vẽ
toꝝ vel fluxu aquarũ rapiãtur. Tercia vti
litas ẽ cuius exemplũ appet i equis quoꝝ
nimia velocitas ꝛ ipetus repmitˀ oneribˀ
ꝛ greſſus ad ſuauitatẽ ꝛ modeſtiã redigũ
tur ꝛ iuxta has vias tuũ erit videre ꝛ exco
gitare multas alias. Que vo ꝓhibent ho
mines abſcedere a peccato vl̃ peccata ab
ſcedere ab eis ſũt carceres ꝛ vincula et cu
ſtodie diſciplinales atꝫ circũcluſiões q̃ vi
ri ſancti omnẽ aditũ peccatis obcludere i
tẽdẽtes ſeq꞉ atꝫ diſcipulos ſuos ab abſceſ
ſu eoꝝ ꝓhibere volẽtes ſibi fecerũt et ad-
huc faciũt ꝛ iſta apud gentẽ xpianoꝝ ſolã
